<sup>h</sup> Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 115. in tragoediis post Olympiadem LXXXIX. scriptis, e quorum numero sunt Euripidis Orestes, Phoenissae, Iphigenia in Aulide, Troades, Bacchae, Helena, majorem quam in antiquioribus cerni negligentiam auctor est. Plura dixit in libello quem Praefat. ad Suppl. p. iv. citat, quemque nondum vidi. Melius de ea re judicare possemus, si pauciores essent Euripidis tragoediae, quarum aetas nobis prorsus ignota esset.

<sup>i</sup> Corsinus Fast. Att. T. III. p. 202.



etiam Rom. C. nisi quod *σάτυροι* habet. Legendum censuit Bentleius Epist. ad Mill. p. 13. *Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θεριστῶν Σάτυροι. οὐ σώζονται.* Barnesius *οὐ σώζεται*, ut vulgo, cetera ut Bentleius. Conferendum omnino argumentum Acharnensium Aristophanis: *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους* (mendose pro *Εὐθυδήμου*) *ἄρχοντος ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου. καὶ πρῶτος ἦν. δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζόμενοις. οὐ σώζεται. τρίτος Εὐπολις Νουμηνίαις.* Ubi verba *οὐ σώζεται Cratini Χειμαζόμενοις* e solis Didascalii innotuisse significant. Cum aequae ignotae fuisse videantur Eupolidis *Νουμηνίαι* ac Cratini *Χειμαζόμενοι*, quippe quae nunquam a grammaticis allegentur, male fecit hujus argumenti scriptor, quod solam Cratini fabulam non exstare monuit. In Medae argumento indicatur tetralogia, in qua fuisse tres tragoedias cum dramate satyrico nemo ignorat. De voce *Σάτυροι* fabulae titulo addita dixit Bentleius p. 13. iterumque p. 50. Exstabant olim Euripidis Philoctetes et Dictys, quorum fragmenta supersunt satis multa. Ejus vero *Θεριστῶν* nulla usquam mentio est, nisi apud argumenti nostri scriptorem. Perpauca scilicet dramata satyrica pro ratione tragoediarum in grammaticorum manus pervenerunt. Legimus in Euripidis Vita a Thoma Magistro scripta, fabulas eum XCII. docuisse, quarum octo solae fuerint satyricae. Hoc quidem ex omni parte verum esse non potest. Fabulae enim XCII. tetralogias conficiunt XXIII. in quibus totidem fuerint dramata satyrica necesse est. Sed verum videtur quod dicere vult grammaticus, octo sola aetatem tulisse. Ita etiam accipiendum quod de Aeschylo in ejus Vita dicitur: *ἐβίωσε δὲ ἐξήκοντα καὶ τρία ἔτη, ἐν οἷς ἐποίησε δράματα ἐβδομήκοντα, καὶ ἐπὶ τούτοις σατυρικά ἀμφὶ τὰ πέντε.* Tot scilicet exstabant Aeschyli tragoediae et dramata satyrica, quorum fere omnium nomina in Catalogo leguntur. De Euripide paullo aliter statuendum censeo. Nunquam enim fabulae ejus XCII. extitisse videntur. Qui hunc numerum ei tribuerunt, tetralogias ejus XXIII. in Didascalii memoratas fortasse repererant. In tetralogiis XXIII. tragoediae erant LXIX. quas aut omnes aut plerasque servatas haud infitior. Sed satyricae pleraeque perierant, octo solae exstabant. Tragoediis LXIX. adde satyricas VIII. et fabulas habebis LXXVII. quot scilicet olim extitisse tradunt nonnulli. Alii tantum LXXV. numerabant. Suidas: *δράματα δὲ αὐτοῦ κατὰ μὲν τινὰς οἰεῖ. κατὰ δὲ ἄλλους ἐννεμήκοντα δύο. σώζονται δὲ οἷ.* Duas res prorsus diversas hic confundit grammaticus. Alia quaestio est, quot fabulas scripserit Euripides; alia, quot ducentis post ejus mortem annis extiterint. Corrigendus igitur Valckenarii error, qui ut numerum LXXV. expleret, etiam *Θεριστῶν* imputavit Diatrib. p. 10. <sup>k</sup> Eodem jure

<sup>k</sup> Praeter *Θεριστῶν*, e numero a Valckenario constituto eximendae mihi videntur Glaucus, Lamia, Temenus. Restant igitur non plures quam LXXI. Ha-

rum cum nonnullae semel tantum aut bis memorentur, quis dubitet, alias olim extitisse, quarum nulla usquam menuo hodie reperitur?



finera in ed. Lasc. non exstant. Rom. C. ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθιοδώρου ἄρχοντος Ὀλυμπιάδος πζ'. Arsenius et Brunckius ut vulgo, nisi quod ille male εἰκοστὴν pro ὀγδοηκόστην, hic recte Πυθοδώρου pro Πυθιοδώρου dedit. Nomina Πυθόδωρος, Πυθόδοτος, Πυθοκλῆς, necnon Πυθάγγελος, Πυθαγόρας, Πυθάρατος, et similia, sine ἰ scribenda sunt, utpote a Πυθῶ non a Πύθιος derivata. Praeturam Athenis gessit Pythodorus Olympiadis LXXXVII. anno primo, quo exeunte exarsit bellum Peloponnesium<sup>e</sup>. Annum aetatis tum agebat Euripides circiter quadragesimum nonum, quippe qui eo ipso anno natus sit quo parta est victoria Salaminia, Olympiadis scilicet LXXV. primo<sup>f</sup>. Qui id aetatis esset, et a prima fere adolescentia in tragoediis scribendis versaretur, multas proculdubio fabulas ante Medeam docuerat. Sed neque earum quae exstant, neque earum quae perierunt ulla est, quam probabili sententia antiquiorem ea pronuntiare possimus<sup>g</sup>. Ex his quas nunc habemus septendecim (Rhesus enim non est Euripidis, Cyclops non tragoedia), quatuor sunt quae ceteras aetate superare mihi videntur; Medea scilicet, Hippolytus, Alcestis et Heraclidae. Hae enim numeros habent severiores et puriores, a quorum ἀκριβεία absunt ceterae omnes, aliae quidem propius, ut Hecuba, aliae vero longius, ut Orestes<sup>h</sup>. Acta est Medea, ut jam vidimus, anno Olympiadis LXXXVII. prima; Hippolytus, ut ex ejus argumento constat, anno ejusdem Olympiadis quarto; Alcestis incerto tempore, sed ante Aristophanis Acharnenses, qui triennio post Euripidis Hippolytum acti sunt. Heraclidarum aetas incerta est.

δ' πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης.] Suidas: Εὐφορίων, υἱὸς Αἰσχύλου τοῦ τραγικοῦ, Ἀθηναῖος, τραγικὸς καὶ αὐτός. ὃς καὶ τοῖς Αἰσχύλου τοῦ πατρὸς, οἷς μήπω ἦν ἐπιδειξάμενος, τετράκις ἐνίκησεν. ἔγραψε δὲ καὶ οἰκειᾶ. Non igitur ab Euphorione victus videtur Euripides, sed ab Aeschylō, de quo dicitur in ejus Vita: νίκας δὲ τὰς πάσας εἴληψε τρισκαίδεκα. οὐκ ὀλίγας δὲ καὶ μετὰ τὴν τελευταίαν ἀπηνέγκατο. Cum Medeam docuit Euripides, annos XXVIII e vivis excesserat Aeschylus<sup>i</sup>.

δ. Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκη, Θερισταί, Σάτυρος οὐ σώζεται.] Sic

<sup>e</sup> Corsinus Fast. Att. T. III. p. 167.

<sup>f</sup> Idem T. III. p. 227.

<sup>g</sup> In Aristophanis Acharnensibus, quam fabulam Olympiadis LXXXV. anno quarto actam dicit Musgravius Chronologia Scenica, citantur non solum Oeneus, Phoenix, Philoctetes, Bellerophon, Telephus, Thyestes, Ino, verum etiam Alcestis, quod Musgravius ignoravit. Vide Brunckium ad Ach. 893. Sed in aetate ejus comoediae indicanda gravissimo errore lapsus est Musgravius. Non enim Olympiadis LXXXV. anno quarto, praetore Euthymene, sed Olympiadis LXXXVIII. anno tertio, praetore Euthy-

demo, Acharnenses docuit Aristophanes, sex annis post Euripidis Medeam.

<sup>h</sup> Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 115. in tragoediis post Olympiadem LXXXIX. scriptis, e quorum numero sunt Euripidis Orestes, Phoenissae, Iphigenia in Aulide, Troades, Bacchae, Helena, majorem quam in antiquioribus cerni negligentiam auctor est. Plura dixit in libello quem Praefat. ad Suppl. p. iv. citat, quemque nondum vidi. Melius de ea re judicare possemus, si pauciores essent Euripidis tragoediae, quarum aetas nobis prorsus ignota esset.

<sup>i</sup> Corsinus Fast. Att. T. III. p. 202.



etiam Rom. C. nisi quod *σάτυροι* habet. Legendum censuit Bentleius Epist. ad Mill. p. 13. *Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ Σάτυροι. οὐ σώζονται.* Barnesius *οὐ σώζεται*, ut vulgo, cetera ut Bentleius. Conferendum omnino argumentum Acharnensium Aristophanis: *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους (mendose pro Εὐθυδήμου) ἄρχοντος ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου. καὶ πρῶτος ἦν. δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζόμενοις. οὐ σώζεται. τρίτος Εὐπόλις Νουμηνίαις.* Ubi verba *οὐ σώζεται Cratini Χειμαζόμενοις* e solis Didascalii innotuisse significant. Cum aequae ignotae fuisse videantur Eupolidis *Νουμηνίαι* ac Cratini *Χειμαζόμενοι*, quippe quae nunquam a grammaticis allegentur, male fecit hujus argumenti scriptor, quod solam Cratini fabulam non exstare monuit. In Medae argumento indicatur tetralogia, in qua fuisse tres tragoedias cum dramate satyrico nemo ignorat. De voce *Σάτυροι* fabulae titulo addita dixit Bentleius p. 13. iterumque p. 50. Exstabant olim Euripidis Philoctetes et Dictys, quorum fragmenta supersunt satis multa. Ejus vero *Θεριστῶν* nulla usquam mentio est, nisi apud argumenti nostri scriptorem. Perpauca scilicet dramata satyrica pro ratione tragoediarum in grammaticorum manus pervenerunt. Legimus in Euripidis Vita a Thoma Magistro scripta, fabulas eum XCII. docuisse, quarum octo solae fuerint satyricae. Hoc quidem ex omni parte verum esse non potest. Fabulae enim XCII. tetralogias conficiunt XXIII. in quibus totidem fuerint dramata satyrica necesse est. Sed verum videtur quod dicere vult grammaticus, octo sola aetatem tulisse. Ita etiam accipiendum quod de Aeschylo in ejus Vita dicitur: *ἐβίωσε δὲ ἐξήκοντα καὶ τρία ἔτη, ἐν οἷς ἐποίησε δράματα ἐβδομήκοντα, καὶ ἐπὶ τούτοις σατυρικά ἀμφὶ τὰ πέντε.* Tot scilicet exstabant Aeschyli tragoediae et dramata satyrica, quorum fere omnium nomina in Catalogo leguntur. De Euripide paullo aliter statuendum censeo. Nunquam enim fabulae ejus XCII. extitisse videntur. Qui hunc numerum ei tribuerunt, tetralogias ejus XXIII. in Didascalii memoratas fortasse repererant. In tetralogiis XXIII. tragoediae erant LXIX. quas aut omnes aut plerasque servatas haud infitior. Sed satyricae pleraeque perierant, octo solae exstabant. Tragoediis LXIX. adde satyricas VIII. et fabulas habebis LXXVII. quot scilicet olim extitisse tradunt nonnulli. Alii tantum LXXV. numerabant. Suidas: *δράματα δὲ αὐτοῦ κατὰ μὲν τινὰς οἰεῖ. κατὰ δὲ ἄλλους ἐννεμήκοντα δύο. σώζονται δὲ οἷ.* Duas res prorsus diversas hic confundit grammaticus. Alia quaestio est, quot fabulas scripserit Euripides; alia, quot ducentis post ejus mortem annis extiterint. Corrigendus igitur Valckenarii error, qui ut numerum LXXV. expleret, etiam *Θεριστὰς* imputavit Diatrib. p. 10. <sup>k</sup> Eodem jure

<sup>k</sup> Praeter *Θεριστὰς*, e numero a Valckenario constituto eximendae mihi videntur Glaucus, Lamia, Temenus. Restant igitur non plures quam LXXI. Ha-

rum cum nonnullae semel tantum aut bis memorentur, quis dubitet, alias olim extitisse, quarum nulla usquam mentio hodie reperitur?



Φρύγας addere poterat, auctore Mnesilocho apud Diogenem Laërtium Socrate II. 18. Mea quidem sententia, non XCII. sed longe plures fabulas docuit Euripides, quippe qui plusquam quinquaginta annos huic rei operam dederit, quemque verisimile sit quotannis, modo chorum repererit, singulas aut binas tetralogias scripsisse. Sed in Didascalias, ni fallor, eae solae relatae sunt, quae unum de tribus praemiis obtinuerant. Euripides, ut raro primum, ita saepe ne tertium quidem consecutus videtur. Non mirum igitur, si fabularum ejus nomina non plura quam XCII. grammaticis innotuerunt. Ceterum ex illis LXXV. aut LXXVII. quae exstabant, satyricae erant *Αυτόλυκος*, *Εύρυσθεύς*, *Κύκλωψ*, *Σίσυφος*, *Σκείρων*, *Συλεύς*. Duo nomina desiderantur.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.] Rom. A. et Lasc. personarum nomina hoc ordine exhibent: *Τροφός* (Lasc. *Τρόφος* *Μηδείας*). *Κρέων*. *Παῖδες* *Μηδείας*. *Παιδαγωγός*. *Ίάσων*. *Χορός* *Γυναικῶν*. *Αἰγέύς*. *Μήδεια*. *Ἄγγελος*. Addit Lasc. *Προλογίζει ἡ Τροφός*. Rom. C. sic: *Τροφός*. *Κρέων*. *Παιδαγωγός*. *Μήδεια*. *Χορός* *Γυναικῶν*. *Αἰγέύς*. *Ίάσων*. *Παῖδες* *Μηδείας*. *Ἄγγελος*. Vetulam quae prologum agit pro Medaeae nutrice accepisse videtur Ennius, cujus verba afferam ad v. 48. Nutricem eam diserte appellat Cicero loco ad v. 56. allegato. Ita scilicet statuerant grammatici, quorum ἐκδόσεις personarum indicibus instructae erant. At nihil quidem est in ipsa fabula, quod huic opinioni pondus addet. Scholiastes etiam hanc anum quater *πρεσβῦτιν* appellat, bis *γραῦν*, nunquam *τροφόν*. Melius igitur fortasse in indice personarum legeretur ΓΡΑΥΣ vel ΘΕΡΑΠΙΑΝΑ quam ΤΡΟΦΟΣ. In Sophoclis Trachiniis inducitur primo *Θεράπαινα*, deinde *Τροφός*, eadem fortasse ancilla, certe non magis *Τροφός* quam haec nostra. Contrarius huic error est in Euripidis *Andromacha*, ubi *Hermiones* nutrix *Θεράπαινα* appellatur. Nutricem esse ostendunt illa *τέκνον* et *ᾧ παῖ*, a *Phaedrae* nutrice in *Hippolyto* etiam usurpata. Sed haec quaestio vix digna est cui tot verba impendamus. Majoris momenti est, quod lectorem hic monitum velim, tertium histrionem in hac fabula supervacaneum fuisse, in qua scilicet praeter mutas personas, nunquam plures duabus simul inducantur. Hoc in nulla alia Euripidis fabula superstite accidit, praeterquam in *Alcestide*. In *Alcestide* quidem coram patre et matre loquitur parvulus *Eumelus*, sed concessum fuisse videtur, ut pueri loquentes extra numerum inducerentur. Hinc esse puto, quod in *Andromacha* quatuor personae in scena stant a v. 546. usque ad v. 747. Si adultus fuisset *Andromaches* filius *Molossus*, ante *Pelei* adventum e scena discessisset.



## IN IPSAM FABULAM.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΜΗΔΕΙΑ.] Quaedam ex Euripidis Medea citari quae in ea non exstent, praeter alios gravissimus auctor est Hemsterhusius ad Hesychium v. Ἀπαιώνιστον. Nec mirum, cum Medae historiam in tres fabulas distribuerit Euripides, quarum vel Peliadas vel Aegeum sub Medae nomine facili errore allegare poterant grammatici. Neque in poëtae quam in fabulae nomine minus facilis fuit error. Nam praeter Euripidem Medeam docuerunt Neophro, Carcinus, Melanthius, Dionysius, Dicaeogenes, imo et alter Euripides, hujus nostri fratris vel sororis filius, si Suidae fides habenda est<sup>1</sup>. Verum etiam si solus Euripides ὁ πάνυ Medeam fabulam docuisset, isque in ea sola fabula Medeam induxisset, non magis mirum esset veteres nonnunquam Medeam pro diversa fabula nominare, quam recentiores Orestem, verbi causa, pro Hecuba<sup>m</sup>. Sexcenta tragicorum loca, si opus esset, simili errore a scriptoribus tam veteribus quam recentioribus citata indicare possem. Frustra igitur contendunt nonnulli viri docti duas fuisse Euripidis Medeas, in quarum altera locum habuerint nonnulla quae in ea quae exstat non reperiuntur. Cum haec opinio auctores habeat neque paucos neque contemnendos, non abs re erit argumenta quibus nititur praecipua singillatim ponderare. I. Aristoteles Poët. p. 666. C. Σημεῖον δὲ, ὅσοι πέρσιν Ἰλίου ὅλην ἐποίησαν, καὶ μὴ κατὰ μέρος, ὡς περ Εὐριπίδης Νιόβην ἢ Μήδειαν, καὶ μὴ ὡς περ Αἰσχύλος, ἢ ἐκπίπτουσιν, ἢ κακῶς ἀγωνίζονται. Hoc Aristotelis testimonio utitur, vel potius abutitur, Samuel Petitus Miscellaneorum VI. 15. cujus sententia est, eam quae exstat Medeam Euripidis quidem esse, sed minoris Euripidis, de quo nonnihil supra dixi; majorem autem Euripidem totam Medae historiam unā fabula complexum esse. De Aristotelis loco, qui viros doctos satis exercuit, nihil habeo quod dicam, nisi verba ἢ Μηδείας optimorum codicum auctoritate a Tyrwhitto deleta esse. II. Fuerunt qui verba μεγαλόσπλαγχος δυσκατάπαυστος ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσι, a Stobaeo Tit. XX. p. 172 = 107. ex Euripidis Medea allata, in ea exstare negarent, Paullus scilicet

<sup>1</sup> Grammatici verba sunt: Εὐριπίδης, τραγικός, τοῦ προτέρου ἀδελφιδῶς, ὡς Διονύσιος ἐν Χρονικοῖς. ἔγραψε δὲ Ὀμηρικὴν ἔκδοσιν, εἰ μὴ ἄρα ἑτέρου ἐστὶ. δράματα αὐτοῦ ταῦτα, Ὀρέστης, Μήδεια, Πολυξένη. Apud Suidam ὁ πρότερος alius est Euripides, ab horum utroque diversus. Sed mens ejus esse videtur, hunc juniorem Euripidem ἀδελφιδῶν fuisse τοῦ ἐνδόξου. Apud Aristophanem Eccl. 820. mentio est Euripidis cujusdam, qui eo tempore reipublicae

augendae operam dabat. Is si diversus fuit ad illo quem Dionysio auctore memorat Suidas, eodem saltem tempore vixit, mortuo jam Euripide majore.

<sup>m</sup> Rursus, si ab hoc Euripidis Senario, qui primus omnium in Oresta venit, Ἡρώ νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκοτοῦ πυλῆος, pedem novissimum auferas; Quinariū jam habebis, perfectissimum hodierni nostri Epici exemplar. Verba sunt Bentleyi Schediasmate de Metris Terentianis.



Manutius ad Ciceronis Epist. VII. 6. eumque secutus Hier. Columna ad Ennium p. 210. Atqui ea verba in omnibus fabularum editionibus leguntur v. 108. Verba autem apud Stobaeum proxime superiora, πόλλ' ἐν κακοῖσι θυμὸς εὐνηθεὶς ὄρεα, si meliorem Stobaei editionem vidisset Manutius, in Euripidis Medea non quaesisset. Sunt enim ex Sophoclis Tyrone, Fr. ix. III. Apud Stobaeum Tit. LXXVIII. p. 453 = 333. legitur cum lemmate *Euripidis in Medea*, τὸ θρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις | πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φῦσαι τέκνα. Quae verba sine poëtae aut fabulae nomine leguntur apud Clementem Alex. Paedag. I. p. 127, 25. Haec neque in Medea legi, neque in ea locum habere potuisse ait Brunckius ad Med. p. 400. Optime Medae personae in Aegeo conveniunt, callidae scilicet novercae amare simulanti quos odio habeat. Sed codex Stobaei Parisiensis, teste Brunckio, lemma habet βίότου ἐκ μηδείας. Quod si scisset Jo. Alb. Fabricius, tragicorum catalogum *Bioti* vel potius *Boeoti* nomine auctum proculdubio edidisset. Equidem latere sub hoc βίότου suspicor verba διονυσίου τυράννου compendio scripta διο. τυ. Dionysii tragoedias haud raro adhibet Stobaeus n. IV. Aristoph. Ach. 119. ᾧ θερμόβουλον πρωκτὸν ἐξυρημένε. Schol. παρωδία χρῆται. ἔστι γὰρ ἐν τῇ Μηδείᾳ Εὐριπίδου, ᾧ θερμόβουλον σπλάγχνον. Memoria lapsus videtur grammaticus. V. Idem Ραc. 1012. εἶτα μονωδεῖν ἐκ Μηδείας | 'Ολόμαν, ὀλόμαν ἀποχειρωθεὶς | τᾶς ἐν τεύτλοισι λοχευόμενας. Non Aristophanis Medeam παρωδεῖ comicus, sed Melanthii, de quo plura vide ad v. 96. VI. Hesychius: Ἀπαιώνιστον, δύσφημον-Εὐριπίδης ἀλλαχοῦ καὶ ἐν Μηδείᾳ Κόρινθον ἀπαιώσιον, δύσφημον. Ita Musurus, cujus temeraria correctio viros doctos misere exercuit, ut Schowii verbis utar. Cod. Venet. Ἀπαιώνιστον. δύσφημον. Εὐριπίδης ἀλλὰ καὶ διὰ ἀκορίν. (Literae ρ suprascriptum θ.) Ἀπαιώσιον, δύσφημον. Quidquid de scriptura statuatur, nulla certe hic Medae mentio. Legendum suspicor: Ἀπαιώνιστον. δύσφημον. Εὐριπίδης. ἀλλὰ καὶ Διὸς κόρη | παιᾶν' ἀπαιώνιστον [ἀντηχήσατε]. Confer Alc. 425. Iph. A. 1468. VII. Cicero Epist. VII. 6. Tu, qui ceteris cavere didicisti, in Britannia ne ab essedariis decipiaris, caveto: et, quando Medeam agere coepi, illud semper memento, Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit. Cura ut valeas.

Tit. XCVIII. p. 531 = 407. Dionysio tribuitur: Εἰ δ' ἀξιοῖς σοι μηδὲν ἀλγεινὸν ποτε | μηδὲν ἔσεσθαι, μακαρίως ἔχεις φρενῶν. | θεῶν γὰρ ἔξιν βίοντον, οὐ θνητῶν, δοκεῖς. Ita Gesnerus, qui hoc fragmentum a Trincavello omissum primus edidit. Grotius μηδὲ ἐν ἔσεσθαι dedit, quod post μηδὲν ἀλγεινὸν ποτε stare non potest. Idem dicendum de μηδέ ποτ' ἔσεσθαι. Legendum, ut alibi declaravi, Μῆδει', ἔσεσθαι. Legendum etiam μὴ δει pro μηδὲν apud Aristophanem Eccl. 934: Titulus huius fragmenti apud Gesnerum est Di-

onysii tyranni, apud Grotium *Dionysius Tyrannus Alcmena*. In nomine fabulae erratum esse res ipsa declarat. Tit. CV. p. 560 = 431. legitur alterum Dionysii fragmentum: Θνητῶν δὲ μηδεὶς μηδὲν ὀλβίον ποτε | κρίνη, πρὶν αὐτὸν εὐ τελευτήσαντ' ἴδῃ. | ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ τὸν θανόντ' ἐπαινεῖσαι. Quibus verbis fabulae nomen *Leda* in utraque editione adscriptum est. Cum hoc argumentum comicum potius quam tragicum fuisse videatur, nequeo non suspicari literas ΛΗΔ. et ΜΗΔ. hic confusas esse.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





patum est. Praesens est πέτομαι, aoristus ἐπτάμην ejusdem formae cujus ἐπριάμην et ὠνάμην, quorum infinitivi πρίασθαι et ὄνασθαι leguntur in hac fabula v. 228. 993. Simili vitio φᾶσθαι apud Homerum a nonnullis grammaticis scriptum monet Porsonus. Apud Aeschylum Pers. 703. φᾶσθαι edd. omnes ante Glasguensem a Porsono curatam.

2. Κόλχων ἐς αἶαν, κυανέας Συμπληγάδας.] Brunckius Συμπληγάδας. Hanc regulam mihi semel ipse statui, ut ξὺν pro σὺν scriberem, ubi per metrum et numeros liceret. Ita Porsonus ad v. 11. Scripsit tamen metri lege non coactus Συμπληγάδας v. 2. συμφέρουσ' v. 13. συντιθεῖς v. 730. συγχέασ' v. 776. σὺν θεοῖς v. 885. συγχυθεῖσ' v. 974. Primo loco excepto, ex industria σ retinuisse videtur, scilicet ut in prima tertiaque sede maneret iambus. Nam diserte reposuit συμφορὰ Or. 2. ubi Aldus, οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος. Diserte etiam scripsit Phoen. 547. πόλεις τε πόλεσι, συμμάχους τε συμμάχοις. Meam sententiam dixi in Praefat. ad Sophoclis Oed. T. p. 9. In Euripidis Medea Aldus habet ξὺν A. v. 11. ξυμφορὰ L. A. v. 53. ξυνευνέτη v. 235. ξυνοικῆ L. A. v. 237. ξυνὼν L. A. v. 239. ξυμβάλλεται v. 279. ξυμπερᾶναι L. A. v. 335. ξυμφορὰ L. A. v. 386. ξυνεργὸν L. A. v. 390. ξὺν metro postulante L. A. v. 451. ξυμφορὰ L. A. v. 558. ξύμφορ' L. A. v. 762. ξυλλαμβάνουσα L. v. 795. ξυνεργούς v. 819. L. A. ξυμπεραίνειν L. A. v. 857. ξυνοικεῖ L. A. v. 969. ξυνωδὰ L. A. v. 976. ξυνωρίδα L. A. 1114. ξυνάψειν metro postulante L. A. v. 1201. ξύνοιδα L. v. 1236. ξύνθανοῦσ' L. v. 1256. Literae L. et A. significant Laso. et Rom. A. ξ habere. Ceterorum Romano- rum scripturam minus diligenter enotavi. Lasc. etiam ξυναντήσας (sic) v. 551. ξυνεύνω v. 969. Rom. A. ξυμφέρουσ' v. 13. ξυναρτήσας v. 551. Uterque consentiente Aldo σ habet ubi mea editio ξ v. 2. 42. 70. 113. 341. 449. 464. 472. 478. 482. 500. 539. 600. 612. 686. 784. 840. 887. 916. 1106. 1112. 1148. 1162. 1164. 1168. 1173. 1179. 1202. 1352. Nescio qua fortuna in Lascaris Aldique scriptura exhibenda sexies deinceps erraverit Porsonus ad v. 11. Versus in ejus editione sunt 1176. 1190. 1192. 1196. 1201. 1207. in mea 1148. 1162. 1164. 1168. 1173. 1179.

3, 4. μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε | τμηθεῖσα πεύκη.] Lasc. πεσεῖν ποτέ. Idem ποῖ ποτέ v. 353. φρονεῖν ποτέ v. 452. ἐκβαλεῖν ποτέ v. 732. μῶν τίν' v. 977. Sed μεθῶ τινι v. 711. ubi Aldus μεθῶ ποτε. Fluctuant codices. V. 3. quatuor Romani ποτέ habent. In B. scriptura humiditate deleta est.

4, 5. μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας | ἀνδρῶν ἀρίστων,] Mallet μητ' ἐρετμῶσαι, inquit Brunckius. Male. Μήτε post μὴ vel μηδὲ soloe- cum est. Negant hoc, sed frustra negant, meá quidem sententia, Hermannus ad Sophoclis Aj. 423. (428.)<sup>o</sup>, Reisigius

\* Vulgo, οὔτοι σ'. ἀπείργειν, οὔθ' ὅπως ἐῶ λέγειν | ἔχω, κακοῖς τοιοῖσδε συμπεπτακότα. Emendavi οὐδ' ὅπως ἐῶ Mus. Crit. Can-

tabrig. T. I. p. 306. Vulgatam defendit Hermannus, non tamen ita ut sententiam mutarim. Verba οὔτε ἀγαθὸν οὔτε



Conjectan. in Aristoph. I. p. 189. Citat Matthiae Gramm. Gr. §. 602. Thucydidem III. 48. καὶ μηδὲ οἴκτω πλέον νεύμαντες, μήτ' ἐπιεικεία. Ubi μήτε οἴκτω habent omnes fere codices scripti, et primae quatuor editiones. Sed hujusmodi errores etiam contra librorum consensum tollendi sunt. Vide ad v. 1213. 1323.

*Ibid.* Hesychius: Ἐρετμῶσαι. κώπαις ἀρμόσαι. Dixit etiam Pseudorpheus Argon. 356. χεῖρας ἐρετμώσαντες, monente Ruhnkenio ad Hesychium. Dicitur ἐρετμῶσαι χεῖρας, manus remis instruere, ut ὀπλίσαι δέμας, στεφανῶσαι κάρα. Constructionem recte explicat Schol. ὄφελε μὴ ἐρετμῶσαι ἢ Ἀργῶ τὰς τῶν ἀρίστων χεῖρας. Interpretes Latini ἐρετμῶσαι pro remigare male accipiunt. Veritit Portus, quem sequitur Musgravius, neque manus remigassent virorum praestantissimorum. Accusativum χεῖρας defendit Musgravius ex Iph. A. 1291. μήποτ' ὄφειλε τὸν ἀμφὶ | βουσι βουκόλον τραφέντ' | Ἀλέξανδρον οἰκίσαι (οἰκῆσαι mavult Musgravius) | ἀμφὶ τὸ λευκὸν ὕδωρ, ὅθι κρῆναι &c. Ad quem locum citat Lucianum de Dea Syria T. III. p. 472. ὅς τοιάδε ἔτλης, οἷα μήτε σὲ παθέειν, μήτε ἐμὲ ιδέσθαι ὄφελε. Haec quidem verba sollicitare superse- deo. Apud Euripidem vero legendum ὄφελος videbit qui locum comparaverit cum Sophoclis Oed. T. 1391. P Addit Musgravius ad nostrum locum: Sed praestat fortasse χεῖρες, ut habet in margine MS. 2816. 9 Inutilis conjectura, imo pernicio- sa, quae aliis quoque in mentem venit.

*Ibid.* Scribendum ἀνδρῶν ἀριστεύων censent Wakefieldius ad Lucretium T. III. p. ult. Porsonus ad Euripidem, et Schaeferus in Lipsiensi Porsonianae recensio- nis editione. Quibus aucto- ribus, haec verba conjuncta usurpant Homerus Od. Ξ. 218. Apollonius Rhodius I. 70. II. 460. 465. 960. III. 1004. praeter Euripidem, qui dixit Iph. A. 28. Οὐκ ἄγαμαι ταῦτ' ἀνδρὸς ἀρι- στέως. Porro Porsonus et Schaeferus vocem ἀριστεύς haud raro a librariis corruptam esse ostendunt. Nihil igitur lenius hac conjectura, cui tamen objici potest, quod aequè bene dicitur ἀν- δρῶν ἀρίστων. Ἀριστεύς quidem non usurpatur eo sensu quo

κακὸν nostra lingua significant neither good nor bad. Verba οὐκ ἄγαθὸν οὐδὲ κα- κὸν significationem habent paullo diver- sam, not good, nor yet bad, Sophoclis verbis paullo convenientiorem, quorum verus sensus est, οὗτοι σ' ἀπείργειν βούλο- μαι, κακοῖς τοιοῖσδε συμπεπτωκότα, οὐδ' ὅπως ἐῷ λέγειν ἔχω. Verba οὐδ' ὅπως ἐῷ λέγειν ἔχω quasi in parenthesi sunt.

P Fortasse scripsit Euripides, μήποτ' ὄφελος τὸν ἀμφὶ | βουσι βουκόλον τραφέν- τα | παιδ' Ἀλέξανδρον κτίσαι. Totà fere ῥῆσις a v. 1283. usque ad v. 1319. metro trochaico decurrit. A v. 1300. legen- dum videtur: ἔνθα ποτὲ καὶ Παλλὰς ἔμολε, | καὶ δολιόφρων Κύπρις, Ἥρα θ, | ὁ Διὸς Ἑρμᾶς τ' ἄγγελος | (ἅ μὲν ἐπὶ πρόβῳ τραφῶσα, | δορὶ δὲ Παλλὰς, ἅ δὲ Διὸς

ἅ | νακτος εὐναῖσιν βασιλίσσι) | κρίσιν ἐπὶ στυγνᾶν, ἔριν τε | [δυστυχῆ] τὰς καλλο- νᾶς. | ἐμὸν, ἐμὸν δὲ θάνατον, ἄνομα | μὲν φέροντα Δαναΐδαισιν, | ὧ κόραι, προθύματ' ἔλαβεν | Ἀρτεμις πρὸς Ἴλιον. | ὁ δὲ τεκνῶν με τὰν τάλαιναν | (ἰὼ μᾶτερ, ἰὼ μᾶτερ) | οἴχεται προδοὺς ἔρημον. | ἅ δὲ δυστάλαιν' ἐγὼ, πι | κρὸν γάμον, πικρὰν ἰδῶσα | δυσε- λῖναν, φονεύομαι, δι | ὀλλυμαι σφαγαῖσιν ἀνοσί | οἰσιν ἀνοσίου πατρός.

9 De quo Catalogus: Codex chartaceus, olim Bigottianus, quo continetur Euripidis Medea, cum Latina interpretatione, quae ab edita discrepat. Accesserunt viri docti notulae quaedam et emendationes, e manu- scriptis codicibus erutae. Is codex saeculo decimo sexto exaratus videtur. Hujus li- bri nulla alia apud Musgravium mentio.



dicitur Med. 923. ἀνδρός τ' ἀρίστου σοῦ τυχοῦσ' ὀμεινέτου. Sed *optimates* non minus bene ἀριστοι quam ἀριστῆς appellantur.

5, 6. οἱ τὸ πάγχρυσον δέρας | Πελία μετῆλθον.] Sic Rom. A. C. D. E. Sed Rom. B. αἱ (χεῖρες scilicet) τὸ πάγχρυσον δ. Postremae vocis scriptura in eo cod. incerta est. Schol. δέρας. Par. E. Mag. Put. δέρος. Sic etiam Eustathius p. 600, 11. diserte, monente Porsono, qui eam scripturam admisit. Infra v. 467. Bacch. 833. vulgo legitur δέρας, δέρος vero Phoen. 1127. Ion. 995. et apud Sophoclem Ajace Locro Fr. vi. Aut igitur utramque formam usurpabant tragici, aut scriptura prorsus incerta est. Quod infra v. 467. habent omnes impressi, nullo scripto, quod sciam, dissentiente, hic etiam retinere malui. Eiusdem formae sunt voces δέρας et γέρας, in genitivo aut dativo casu nusquam apud Atticos scriptores obviae. Olim legabatur apud Euripidem Ion. 1010. Πῶς οὖν κέκρανται δίπτυχον δέρος θεᾶς; Edd. recentiores ex codd. H. Stephani, vel potius ex ipsius conjectura, δίπτυχον δῶρον θεᾶς. Rectius fortasse Reiskius γέρας. Suspicio primum erroris gradum fuisse δέρας pro γέρας, secundum δέρος pro δέρας.

8. ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος.] Noster infra v. 624. θυμὸν ἐκπλήξασ' ἑτέροις ἐπὶ λέκτροις. Vide Valckenarium ad Hipp. 38.

9, 10. οὐδ' ἂν κτανεῖν πείσασα Πελιάδας κόρας | πατέρα,] Schol. σὺ δ' ἂν et Πελειάδας.

11, 2. ἀνδάνουσα μὲν | φυγῇ πολιτῶν, ὧν ἀφίκετο χθόνα,] Aldus ἀνδάνουσα leni spiritu, quem exhibent Rom. omnes. Schol. Τὸ δὲ ἀνδάνουσα.) ὀρθῇ ἀντὶ δοτικῆς. ἀντὶ τοῦ ἀνδάνουση. Sic ed. Veneta. Lasc. ἀνδάνουσα. Sic etiam H. Stephanus <sup>1</sup>. Ceterae quas vidi omnes ante Genevensis P. Stephani ἀνδάνουσα, quod exhibent Musgraviana et major Beckiana, licet Commeliniana et Barnesiana, unde derivatae sunt eae editiones, recte ἀνδάνουσα exhibeant. Apud Sophoclem Ant. 89. Aldus μάλιστ' ἀδεῖν, schol. Rom. μάλιστ' ἀδεῖν, pleraeque edd. μάλισθ' ἀδεῖν. Ibid. 501. οὕτω δὲ καὶ σοὶ τᾶμ' ἀφανδάνοντ' ἔφω.

Ibid. Genitivus πολιτῶν post ἀνδάνουσα multis conjecturis locum dedit. Canterus Nov. Lect. II. 21. φυλῇ vel ψυχῇ πολιτῶν <sup>5</sup>.

<sup>1</sup> Titulus ejus editionis est: *Tragodiae selectae Aeschylis, Sophoclis, Euripidis. Cum duplici interpretatione Latina, una ad verbum, altera carmine. Ennianae interpretationes locorum aliquot Euripidis. An. M. D. LXVII Excudebat Henr. Stephanus, illustris viri Huldrichi Fuggeri typographus.* Octo complectitur tragodias; Euripidis Hecubam, Iphigeniam priorem, Medeam, Alcestidem; Sophoclis Ajacem, Electram, Antigonom; Aeschylis Prometheum.

Canteri conjecturarum melior est ψυχῇ. Tragicus enim φύλα potius quam φυλῇ dixisset. Hoc proculdubio nescie-

bat Barnesius, qui de Cantero ait: *Sed has ejus conjecturas damnat codex Heinsio-Scaligerianus.* Is codex, cujus frequens apud Barnesium mentio, nihil aliud est quam editionis Canterianae exemplum, quod ex Ed. Bernardi bibliotheca in Bodleianam hujus Academiae venit. In prima pagina scriptum exhibet: *Danielis Heinsii ex legato Jos. Scaligeri.* Haud paucas Scaligeri conjecturas in margine scriptas exhibet, quarum plerasque aut memoravit aut tacite adoptavit Barnesius. Quod autem dicit Barnesius, Canteri conjecturas a codice damnari, ita explicandum est. Canteri verba sunt:



Barnesius φυγῆ πολίταις. Reiskius φυῆ aut φύτλη πολιτῶν. Piersonus Verisim. p. 58. φυγὰς πολίταις. Musgravius ὄργῃ πολιτῶν. Wyttenbachius Bibl. Crit. Tom. II. p. 40. φύσει πολιτῶν. Denique Jacobsius Animadv. in Eurip. p. 21. φύσει πολίταις. Vulgatam defendere conatur Portus, qui praeter alia comparat Demosthenis verba Olynth. II. p. 21. D. ὡς ἔστι τῶν αἰσχυρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων, μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων, ὧν ἡμὲν ποτε κύριοι, φαίνεσθαι προϊεμένους, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων τε καὶ καίρων. Qui πόλεις καὶ τόπους dixisset, nisi inter haec verba et φαίνεσθαι προϊεμένους interposuisset ὧν ἡμὲν ποτε κύριοι. Hanc constructionem, de qua dixit Matthiae Gramm. Gr. §. 426. not. 2. §. 474. c. tragicis satis familiarem fuisse nemo nescit, qui vel Porsonum legerit ad Or. 1645. (1629.) Ἐλένην μὲν, ἣν σὺ διολέσαι πρόθυμος ὦν | ἡμαρτες, ὄργῃν Μενέλεω ποιούμενος, | ἧδ' ἔστιν, ἣν ὀραῖτ' ἐν αἰθέρος πτυχαῖς. Sed hujusmodi exempla genitivum πολιτῶν non confirmant. Nam primo, ex eo quod accusativus pro nominativo, genitivus aut dativus pro accusativo usurpatur, non recte colligitur genitivum pro dativo usurpari posse. Aptius exemplum praebet noster Heracl. 67. Ἄπαιρ' ἐγὼ δὲ τούσδε, κἂν σὺ μὴ θέλης, | ἄξω κομίζων, οὐπὲρ εἰς' Εὐρυσθέως. Id est, ut suo loco monui, ἄξω κομίζων Εὐρυσθεῖ, οὐπὲρ εἰσι δοῦλοι. Deinde, ut concedamus optime Graccc dici πολιτῶν μὲν ὧν ἀφίκετο χθόνα ἀνδάνουσα, dubitari potest an recte dicatur ἀνδάνουσα μὲν πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα. Exempla quae ad confirmandam vulgatam scripturam desiderantur, hujusmodi sunt: πόλεων καὶ τόπων φαίνεσθαι προϊεμένους, ὧν ἡμὲν ποτε κύριοι: *Vestra est urbem quam statuo.* Brunckius edidit φυγῆ πολίτας. *Constructio est,* inquit, ἀνδάνουσα μὲν πολίτας, ὧν χθόνα ἀφίκετο φυγῆ. Ita v. 908. ἡμεῖς μὲν ἐκ γῆς τῆσδ' ἀπαίρομεν φυγῆ. Ἀνδάνειν accusativum regere monet apud Euripidem Or. 1607. Οὐ γάρ μ' ἀνδάνουσι αἱ κακαί. Sed ibi pronomēn omittunt plerique libri scripti et impressi. Dicitur quidem ἀρέσκειν τινά, *placere alicui.* Sed recte monet Wyttenbachius, non utendum esse ea constructione ad defendendum ἀνδάνειν τινά. Beckius Barnesii conjecturam φυγῆ πολίταις admisit. Sic etiam Porsonus, qui πολιτῶν e scripturae compendio male intellecto natum putat. Omnes Rom. φυγῆ πολιτῶν, sed in A. αἰς supra scripsit recentior quidem manus, sed quae multas lectiones haud contemnendas annotavit. Mat-

*Emendavimus hunc locum Novarum Lectionum lib. II. cap. xxi.* Quibus adscripsit Scaliger *falsum.* Habemus etiam alias Scaligeri conjecturas, quae Barnesio ignotae fuisse videntur. Exhibet eas exemplum ed. Hervagianae secundae, quod etiam olim Ed. Bernardi fuit. Ad ea tituli verba ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΤΡΑΓΩΔΙΑΙ ΟΚΤΩΚΑΙΔΕΚΑ adscripsit sive Scaliger sive alius quispiam *Accedunt huc lectiones Hieronymi Magii ex codice veteri.* Supra

scriptum est: *Gerardus Vossius emit me sibi in auctione librorum Illustris Viri Josephi Scaligeri, cujus manu multo plurima hic emendantur.* Scaligeri conjecturae cum codicis lectionibus confusae leguntur, ita tamen ut plerumque facile ab iis distingui possint. Ex alterutro horum librorum derivatae sunt omnes Scaligeri in hanc fabulam conjecturae in annotatione mea memoratae.



thiae φυγῆ πολιτῶν, ut vulgo. Hos omnes fugit, pro dativo φυγῆ reponendum esse nominativum φυγή. Schol. τὸ δὲ ἀνδάνουσα, ὀρθὴ ἀντὶ δοτικῆς, ἀντὶ τοῦ ἀνδανούση. Hoc vult grammaticus, ἀνδάνουσα φυγῆ per appositionem dici pro ἀνδανούση φυγῆ. Ita noster infra v. 1217. κεῖνται δὲ νεκροὶ παῖς τε καὶ γέρων πατήρ | πέλας, ποθεινὴ δακρύοισι συμφορά. Heracl. 70. ἰκέται δ' ὄντες ἀγοραίου Διός, | βιαζόμεσθα, καὶ στέφη μαιίνεται, | πόλει τ' ὄνειδος καὶ θεῶν ἀτιμία. Or. 1105. Ἐλένην κτάνωμεν, Μενέλεω λύπην πικράν. Hic dicitur λύπην πικράν propter accusativum Ἐλένην. Si Ἐλένη τέθνηκε dixisset poëta, addidisset Μενέλεω λύπη πικρά.

13, 4, 5. αὐτὴ τε—διχοστάτῃ.] Haec leguntur apud Stobaeum Tit. LXXIV. p. 441=325.

13. αὐτὴ τε πάντα συμφέρουσ' Ἰάσωνι.] Sic Rom. C. D. E. Sed Rom. A. B. αὐτὴ τε, quae scribendi ratio in codd. frequens est. Stobaeus αὐτὴ δὲ, quod recte admisit Beckius, neglexit Porsonus. Opponuntur ἀνδάνουσα μὲν φυγῆ et αὐτὴ δέ. Apud Apollonium Lexico Homerico v. Συμφορτῆ non legitur hic versus, ut ait Porsonus, sed verba tantum αὐτὴ πάντα συμφέρουσα. Ejus igitur auctoritas neutri parti accedit.

Ibid. Rom. C. D. E. συμφέρουσα. Rom. A. B. συμφέρουσα, minus recte. Vide ad v. 2. Significat ὁμοφρονοῦσα, ni fallor. Sophocles El. 1464. τῷ γὰρ χρόνῳ | νοῦν ἔσχον, ὥστε συμφέρειν τοῖς κρείσσοσιν. Ibid. 946. Ὀρῶ. ξυνοίσω πᾶν ὅσονπερ ἂν σθένω. Idem ξυνοίσομαι Oed. C. 641. nisi legendum ξυνοίσομεν. Vide ad v. 1349.

14. ἥπερ μεγίστη γίγνεται σωτηρία,] Legendum, ni fallor, ὅπερ, inquit Musgravius. Inutilem hanc conjecturam censet Porsonus, qui e Pseudogregorio v. 32. ἥπου non male se habere affirmat. Si vera sunt quae de ἥπου ad v. 1275. dicturus sum, hic usurpari non potuit.

Ibid. Aldus γίγνεται v. 14. 738. γίγνομαι v. 693. γιγνώσκειν v. 223. γιγνώσκων v. 547. γιγνώσκω v. 905. Idem γινώσκεις v. 84. Lasc. γινώσκεις v. 84. γινώσκων v. 547. In ceteris γν habet. Omnes Rom. Mag. γίνεται v. 14. Rom. A. B. C. γ ubique omitunt, praeterquam v. 547. ubi solus A. γινώσκων. Par. A. etiam ubique fere in his fabulis γίνομαι et γινώσκω exhibet, auctore Brunckio. Prava quidem scriptura, sed longe antiquior ullo qui hodie exstet codice.

17. προδοὺς γὰρ αὐτοῦ τέκνα, δεσπότην τ' ἐμὴν,] Omnes Rom. αὐτοῦ. Lasc. αὐτοῦ. Sic etiam edd. recentiores jam inde a Barne-siana.

18. γάμοις Ἰάσων βασιλικῶς εὐνάζεται,] Ed. Commeliniana typographi errore Ἰήσων, quod in Musgraviana manere passus est is qui speciminum corrigendorum curam susceperat. Recte Ἰάσων Genevensis P. Stephani, quam expressit Commelinus. Vix opus erat ut moneret Brunckius hanc scripturam in membranis exhiberi.

19. γήμας Κρέοντος παῖδ', ὃς αἰσυμνᾶ χθονός.] Hesychius: Αἰσυ-



μνᾶ. βασιλεύει, ἄρχει. Εὐριπίδης Μηδεία. Praeter Euripidem neminem novi qui verbum αἰσυμνᾶν usurparit. Schol. αἰσυμνᾶν ἐστὶ τὸ ἠγεῖσθαι καὶ ἄρχειν. ἰδίως δὲ φησὶν Ἀριστοτέλης ὑπὸ Κυμαίων (ed. Ven. κυμέων) αἰσυμνήτην τὸν ἄρχοντα λέγεσθαι. Cumaeorum igitur Αἰσυμνάτας Atheniensium Ἄρχοντι respondebat. Argumentum Sophoclis Oedipi Tyranni: ὁ δ' Ἀριστοτέλης ἐν Κυμαίων Πολιτεία τοὺς τυράννους φησὶ τοπρότερον Αἰσυμνήτας προσαγορεύεσθαι. εὐφημότερόν γ' ἐκεῖνο τοῦνομα. Plura dabunt interpretes Hesychii v. Αἰσυμνήται.

21, 2. βοᾶ μὲν ὄρκους, ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς, [πίστιν μεγίστην,] Omnes Rom. ἀνακαλεῖ δέ. Pseudogregorius v. 50. ἀνακαλεῖ omissa particula, vel potius absorpta in prima proxima vocis syllaba. Olim malui ἀνακαλεῖ τε, scilicet ut τῶ μὲν responderent verba κεῖται δ' ἄσιτος v. 24. Vide ad v. 190. 259. 406. Sed nunc video vulgatam emendatione non egere. Duplex oppositio est; primo inter βοᾶ μὲν ὄρκους et ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς πίστιν, deinde inter hanc integram sententiam et κεῖται δ' ἄσιτος, σῶμ' ὑφεῖσ' ἀλγηδόσι. Noster Hipp. 473. ἀλλ', ὦ φίλη παῖ, λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν, [λῆξόν θ' ὑβρίζουσ'. οὐ γὰρ ἄλλο πλὴν ὕβρις | τὰδ' ἐστὶ, κρείσσων δαιμόνων εἶναι θέλειν. | τολμᾶ δ' ἐρώσα. θεὸς ἐβουλήθη τάδε. Plerique libri λῆξον δ' ὑβρίζουσ', quod non admisit Valckenarius. Nam ad illud μὲν, inquit, respondet in v. 476. τόλμα δ' ἐρώσα, et bene junguntur λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν, λῆξόν θ' ὑβρίζουσ'. Fallitur vir summus. Etiam si abesset μὲν, λῆξον δ' ὑβρίζουσα post λῆγε κακῶν φρενῶν dixisset Euripides<sup>t</sup>. De qua re vide ad verba φίλτατον δέ μοι κάρα v. 1039. Eodem jure legendum ut vulgo ἀνακαλεῖ δὲ nostro loco. Idem enim significant βοᾶ et ἀνακαλεῖ, quorum utrumvis utrique sententiae membro aequè conveniret.

Ibid. Rom. C. E. δεξιᾶς. Rom. A. B. D. Par. A. Pseudogregorius v. 50. δεξιᾶς, quod admisit Brunckius. Ita quoque legendum viderat Jortinus apud Musgravium. Matthiae δεξιᾶς revocavit, quod mea sententia non est scripturae diversitas consulto admissa, sed merus librariorum error, ut ἀρετὰς in Rom. C. v. 819. Sophocles Oed. C. 1632. δός μοι (vel μου) χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις. Phil. 813. Ἐμβαλλε χερὸς πίστιν.

24. κεῖται δ' ἄσιτος, σῶμ' ὑφεῖσ' ἀλγηδόσι,] Rom. A. Par. A. (monente Brunckio) ἀλγηδόσι. Rom. B. C. Mag. ἀλγηδόσιν. Rom. D. E. Par. D. Lasc. Schol. ad v. 96. ἀλγηδόσι, quod admisit Porsonus. Matthiae vero ἀλγηδόσι revocavit. Quo minus refert, eo difficilior est eligere. Pluralem retineo, propterea quod praeter Aldum eum exhibent tres praecipui codd. Rom. A. C. Par. A. Ceterum Schol. ad v. 96. ἀφεῖσ'.

27, 8. οὗτ' ὄμμ' ἐπαίρουσ', οὗτ' ἀπαλλάσσουσα γῆς | πρόσωπον.] Rom. C. ἀπαλλάσσουσα. Idem φυλάσσεθε v. 101. γενναῖος v. 754. συγνώμη v. 796. δυσεβεῖ v. 1254. Plura hujusmodi vitia in codd.

<sup>t</sup> Ibid. 1238. σποδούμενος μὲν πρὸς πέτρας φίλον κάρα, | θραύων δὲ σάρκας, δεινὰ δ'

ἐξαυδῶν κλύειν Incertus sum, utrum θραύων δὲ an θραύων τε legendum.



Rom. occurrunt v. 158. 282. 704. 738. 977. 999. 1186. 1295. 1350. 1356. Aldus ἀφυσαμέναν v. 814. ἐσπάρασ' v. 1186. cetera emendate. Lasc. vero χαράσου v. 154. ἀπόλυμαι v. 272. ἀπαγγέλουσί μοι v. 282. πλημελές v. 300. ἀπαλάσσου v. 712. δυσεβοῦσι v. 738. ἀπενέπω v. 795. συγνώμη v. 796. ἀφυσαμέναν v. 814. ἀγγέλων v. 977. δυσεβεῖ v. 1254. δυσεβέστατον v. 1295. δυσεβοῦς v. 1350.

28, 9. ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος | κλύδων, ἀκούει νουθετουμένη φίλων.] Conjicit Valckenarius ad Hipp. 304. ὡς δὲ πέτρος ἐνθαλάσσιον | κλύδων'. Receptam defendit noster Andr. 538. ab ipso Valckenario allegatus: Τί με προσπίπτεις, ἀλίαν πέτραν | ἢ κύμα λιταῖς ὡς ἰχετεύων; Qua significatione nihil refert utrum πέτρα an πέτρος dicatur. At scriptura a Valckenario proposita postulat, ni fallor, ut πέτρα scribatur. Praeterea recte monet Porsonus, accusativum κλύδωνα valde inconcinnum esse, sequente scilicet genitivo φίλων.

30. ἦν μήποτε στρέψασα πάλλευκον δέρην,] Rom. B. ἦν μήποτε στρέψασα. Rom. C. E. ἦν μήποτε στρέψασα. Rom. A. ante corr. ἦν μήποτε στρέψασαν. Rom. A. a corr. D. ἦ μήποτε στρέψασα. In Rom. A. scriptum γρ. ἦν. De sententia vide ad ἀποιμώξην v. seq.

Ibid. Rom. C. D. E. πάλλευκον δέρην. Rom. A. B. πάνλευκον δέρην. Cujus scripturae alterum exemplum vide ad v. 1133. Mag. Put. ex Hec. 500. πάλλευκον κάρα.

31. αὐτὴ πρὸς αὐτὴν πατέρ' ἀποιμώξην φίλον,] Rom. A. C. D. E. πρὸς αὐτὴν. Lasc. πρὸς αὐτὴν. Sic etiam H. Stephanus, Barnesius, et sequentes.

Ibid. Rom. C. D. E. ἀποιμώξην. Rom. A. B. ἀποιμώζει. Alii scilicet ἦν μήποτε ἀποιμώξην, alii ἦ μήποτε ἀποιμώζει legerunt. Haec scriptura, etiam si commodum sensum praeberet, admitti non posset. Graece enim diceretur ἦ οὔποτε στρέφουσα. In vulgata ἦν μήποτε accipiendum pro πλὴν ὅτ' ἂν, constructione minus usitata. Quo sensu nescio an praestet ἀποιμώζει<sup>u</sup>. Nec male se habet ἀποιμώζει, modo legatur εἰ μήποτε.

33. μετ' ἀνδρὸς, ὅς σφε νῦν ἀτιμάσας ἔχει.] Rom. A. ante corr. ὅσφε νῦν, a corr. ὅσφε νιν. Rom. B. ὅς σφέ νιν, C. ὅς σφέ νῦν, D. ὡς σφε νῦν, E. ὅ σφε νῦν. Omnes male. Recte Lasc. ut Aldus ὅς σφε νῦν.

Ibid. Schol. Ἀτιμάσας ἔχει. Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ ἠτίμησε. καὶ Σοφοκλῆς (Fragm. Inc. ΙΧΧV.)· Παῖδας γὰρ οὓς ἔφυσ' ἀναλώσας ἔχει. καὶ πάλιν· Εὐφημίαν μὲν πρῶτα κηρύξας ἔχω. Copiose de hoc Atticismo dixit Valckenarius ad Phoen. 712. breviter Matthiae Gramm. Gr. §. 559. 6.

34. ἔγνωκε δ' ἢ τάλαινα συμφορᾶς ὑπο,] Rom. D. ἔγνωκε δὲ τάλαινα. Pseudogregorius v. 52. ἔγνω καὶ ἢ τάλαινα. Idem v. 947. ἔγνω γὰρ ἢ τάλαινα. Versum ut vulgo legitur citat Eustathius p. 1093, 26. a Porsono allegatus.

<sup>u</sup> Quoties in verborum terminationibus permutentur ζ et ξ, quid attinet dicere? Miror Doricum ἀρπάξῃτε apud

Sophoclem Ant. 911. nulli editori displicuisse.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



Musgravio jam uncinis inclusa omisisse mihi videtur Brunckius, nec video quibus rationibus adductus ea revocarit Matthiae. Mutato quidem versuum ordine non male legi posset: δειμαίνω τέ νιν, | μὴ θηκτὸν ὥση φάρμακον δι' ἥπατος, | ἢ καὶ τύραννον (id est, Creontis filiam, ut mox videbimus) τὸν τε γήμαντα κτάνη, | σιγῇ δόμους εἰσβάσ', ἵν' ἔστρωται λέχος. Sed non opus est ut bis legantur haec verba, quae melius infra v. 374. (ubi a scholiasta agnoscuntur) quam hic legi mihi videntur. Plura hujus περιεργίας exempla vide v. 298. 455. 768. 974. 1208.

41. ἢ καὶ τυράννων τὸν τε γήμαντα κτάνη,] Rom. C. τυράννων. Rom. A. (qui ante corr. τόνδε γήμαντα habet) B. D. E. Lasc. Mag. τύραννον, quod exhibent omnes edd. recentiores et nonnullae veteres. Schol. Τυράννοις. τὸν Κρέοντα φησί. τὸ δὲ ἐξῆς, ἢ καὶ τύραννον τὸν τε γήμαντα κτάνη. δεινὴ γάρ. Repone, τύραννον δὲ τὸν Κρέοντα φησί. Verba sunt a superioribus male divulsa, quod saepissime huic grammatico accidit. Creontem hic intelligi putant interpretes recentiores ad unum omnes. Quorum sententia si vera est, nulla omnino Creontis filiae mentio est, quam Medae multo majori odio quam patrem fuisse res ipsa satis declarat. Fieri non potest quin filiae potius quam patri necem a Medea parari suspicata sit anus quae hic loquitur. Eam suspicionem Creonti in mentem venisse ostendunt ejus verba v. 277. Δέδοικά σ' (οὐδὲν δεῖ παραμπίσχειν λόγους) | μή μοι τι δράσης παῖδ' ἀνήκεστον κακόν. Quapropter auctor sum ut vocabulum τύραννον posthac Anglice reddatur *the princess*. Eandem interpretationem praebent codd. Romani. In A. legitur gl. θηλυκῶς τὴν γλαύκην a prima manu, τὴν a diversa. In B. τὴν εἶτ' ἦτοι τὴν γλαύκην. Ambiguitatem quodammodo tollunt verba τὸν τε γήμαντα, quorum sensus est, *et qui eam in matrimonium duxit*. Verba γήμας τύραννον leguntur infra v. 847. Si Creontem significaret τύραννον, τὸν τε νεωστὶ γήμαντα vel tale quid dixisset poeta.

42. κάπειτα μείζω συμφορὰν λάβη τινά.] Schol. συμφορὰν δὲ λάβη, οἶονεῖ, μείζονι κακῷ περιπέσῃ, πρὸς τῷ ἤδη μεμισῆσθαι ὑπὸ Τάσονος. Medea infra v. 375. εἰ ληφθήσομαι | δόμους ὑπερβαίνουσα καὶ τεχνωμένη, | θανοῦσα θήσω τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς γέλων.

43, 4. δεινὴ γάρ. οὔτοι ῥαδίως γε συμβαλὼν | ἐχθραν τις αὐτῆς,] Rom. A. B. D. E. οὔτοι et ἐχθραν. Rom. C. οὔτι et ἐχθράν. Mag. etiam οὔτι. Ita quoque Aldus v. 897.

*Ibid.* καλλίνικον οἴσεται.] Gl. in Par. B. D. ἤγουν στέφανον. Quam interpretationem inutilem reddit certissima Mureti conjectura ἄσεται pro οἴσεται, quam ab eo Var. Lect. III. 11. propositam, a Canteroque praeter alios laudatam, Porsonus demum admisit, multisque similis erroris exemplis confirmavit x. Subauditur ὠδὴν. Noster Herc. 180. τὸν καλλίνικον μετὰ θεῶν ἐκώ-

x Vide Schaeferum Meletem. Crit. p. 66. Adde ζῶν τοῖς pro ζῶντας apud Sophoclem El. 1478. Τερυνθίοις pro Τι-

-ρυνθίας apud Euripidem Heracl. 164. Contrario errore δεσποσύνας pro δεσποσύναις Iph. T. 439. οὔρια pro οὔριοι Hel. 1604.



μασε. Ibid. 680. ἔτι τὰν Ἡρακλέους | καλλίνικον ἀείδω. El. 864. ἀλλ' ἐπάειδε | καλλίνικον ᾠδὰν ἐμῷ χορῷ. Haec attulit Muretus. Addo Phoen. 1719. "Ὀδ' εἰμί, μοῦσαν ὅς ἐπὶ καλλίνικον οὐράνιον ἔβαν, | παρθένου κόρας | αἴνιγμ' ἀσύνετον εὐρών.

45, 6, 7. ἀλλ' οἶδε παῖδες—φιλεῖ. Haec leguntur apud Stobaeum Tit. LXXVIII. p. 453=335. ubi ed. Trincavelli ἀλλ' οἶγε παῖδες. Sic τοῖς γε pro τοῖσδε Aldus v. 1101. Trincavellus etiam v. 46. propter ὁμοιοτέλευτον omittit.

45, 6. ἀλλ' οἶδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι | στείχουσι,] Ammonius: Τροχοὶ ὀξύτόνως καὶ Τρόχοι βαρυτόνως διαφέρουσι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, φησὶ Τρύφων ἐν δευτέρᾳ περὶ Ἀττικῆς προσωδίας. τοὺς μὲν γὰρ περιφερεῖς τροχοὺς ὁμοίως ἡμῖν προφέρονται ὀξύτονοῦντες· τροχοὺς δὲ βαρυτόνως λέγουσι τοὺς δρόμους. ἀναγινώσκομεν γὰρ, ὡς φησιν, ἐν μὲν (vulgo μὲν ἐν) Ἀλόπη Εὐριπίδου (Fr. iv.)· Ὀρῶ μὲν ἀνδρῶν τόνδε γυμνάδα στόλον | στείχοντα θεωρῶν. (vox corrupta) ἐκ τρόχων πεπαυμένον· ἐν δὲ Μηδεῖα· Ἀλλὰ οἶδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι. Postrema verba in edd. propter ὁμοιοτέλευτον omissa, e scripto cod. Musei Britannici addidit Porsonus. Suspicio autem Tryphonem nostro loco non τρόχων sed τροχῶν legisse, ejusque sententiam fuisse, alios esse virorum τρόχους in Alope, alios puerorum τροχοὺς in Medea. Hinc esse puto, quod priori exemplo particulam μὲν, alteri δὲ praeposuit. Rectius, ut mihi videtur, de nostro loco judicavit Schol. Ἐκ τρόχων. βαρυτόνως, ὡς νόμων. Ἀριστοφάνης· Ἐβάδιζέ (vulgo βαδίζει) μοι τὸ μεράκιον ἐξ ἀποτρόχων. ὡς ἀπὸ γυμνασίας οὖν ἐλθόντας τοὺς παῖδας. Huc respicit Hesychius: Τρόχων. δρόμων, [ὡς νόμων] καὶ τὰ ὅμοια. Item Photius: Τροχὸν, δρόμον. Εὐριπίδης Μηδεῖα, ἄλλοι δὲ παῖδες ἐκ τροχῶν πεπαυμένοι.

47. νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ.] Cogitavi aliquando οὐκ ἀλέγειν, ait Reiskius, sed amplio.

48. Παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης. ἐμῆς,] Alexis apud Athenaeum p. 483. E. εἶτα τετρακότυλον ἐπεσόβει κώθωνά μοι, | παλαιὸν οἴκων κτῆμα. Ita Porsonus pro πλέον οἶκον κτῆμα. Nonius Marcellus c. iv. p. 650. Eliminare est exire. Ennius Medea Exsule: Antiqua herilis fida custos corporis, | quid sic extra aedeis exanimata eliminas? Idem c. i. p. 504. eadem verba affert, etiam ex Medea Exsule.

49, 50. τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν | ἔστηκας,] Scaliger τί πρὸς πύλαισι ταῖσδ'. Praestat τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν, id est, οὕτως ἄγουσα ἐρημίαν. Ita v. 875. ὄψιν τέρειναν τήνδ' ἔπλησα δακρύων. Vide ad v. 154. 672.

50. αὐτὴ θεομένη σαυτῆ κακά;] Ita recte ed. Cantabrigiensis ab ipso Porsono correcta. Lipsiensis prior typographi errore αὐτὴν, quod ex ea in Londinensem a. 1812. admissum est. Altera Lipsiensis recte αὐτή. Lipsienses editiones curavit Schaeferus, ipso fatente Meletem. Crit. p. 66.

Ibid. Rom. A. ante corr. C. D. E. θεομένη. Rom. A. a corr. B. θεωμένη. Alibi forsitan scriptum reperiatur θεομένη. Hesychius: Θεομένη. θρηνοῦσα. Idem: Θεόμενον. ὀλοφυρόμενον. Vide Aeschyl-



lum Suppl. 117. Theb. 78. Ag. 1174. Cho. 970. (modo recte ibi legatur θρεομένοις γ), Euripidem Hipp. 363. ubi gl. apud Valckenarium λαλούσης, rectius fortasse quam Hesychius. Nam θροῶ a θρέομαι derivatum saepe λέγω significat.

51. πῶς σου μόνη Μήδεια λείπεσθαι θέλει;] Rom. D. E. σου, ut omnes edd. ante Porsonum. Rom. A. B. C. σοῦ. De his parcius.

52. Τέκνων ὀπαδὲ πρέσβυ τῶν Ἰάσονος,] Alii ὀπαδὸς scribunt, alii ὀπαδός. Aldus ὀπαδὲ v. 52. στείχοντ' ὀπαδῶν v. 1088. ὀπαδῶν Or. 1126. χωρεῖτ' ὀπαδοί Hipp. 108. στείχοντ', ὀπαδούς τ' Alc. 615. σύμπεμπ' ὀπαδῶν Iph. T. 1208. στείχετ' ὀπαδοί Heracl. 1053. ὀπαδοί Hel. 1197. ὀπαδοῖς Herc. 950. Contra ὀπαδῶν Med. 329. Alc. 134. Iph. A. 1463. ὀπαδὸν Hipp. 1151. Lascaris ὀπαδῶν Med. 329. ὀπαδὸν Hipp. 1151. In Med. 52. 1088. Hipp. 108. Alc. 134. 615. lenem spiritum exhibet.

53, 4. χρηστοῖσι δούλοις ξυμφορὰ τὰ δεσποτῶν | κακῶς πιτνοῦντα, καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται.] Haec habent Aelianus de Nat. Anim. VII. 28. Stobaeus Tit. LXII. p. 384=237. et sine ultimis tribus verbis Eumathius sive Eustathius VIII. p. 314. omnes a Porsono allegati. Rom. A. B. E. Stobaeus, ξυμφορά. Rom. C. Aelianus, συμφορά. Rom. D. ξυμφορᾶ. Quam scripturam agnoscit etiam Rom. A. qui ἐν ab eadem manu suprascriptum habet. Gl. in eodem ὑπάρχουσι spectat ad aliam scripturam συμφοραῖ, quam exhibent Eumathius (qui τῶν δεσποτῶν) et Pseudogregorius v. 1247. Vulgatam confirmat noster Bacch. 1026. ὡς σε στενάζω, δοῦλος ὢν μὲν, ἀλλ' ὅμως | χρηστοῖσι δούλοις συμφορὰ τὰ δεσποτῶν. Ubi repraesentandum suspicatur Porsonus nostrae fabulae v. 54. Non opus, modo subaudiatur κακά.

Ibid. Aldus πιτνοῦντα v. 54. πιτνότων v. 834. πιτνεῖν v. 1164. προσπιτνεῖ v. 1174. πιτνεῖν v. 1224. προσπιτνεῖ v. 1233. πιτνότ' v. 1237. πίπτει v. 1253. Lasc. A. πιτνώντα, B. πιτνοῦντα, v. 54. πιτνώτων v. 834. πιτνεῖ v. 1253. Rom. A. πιτνότα v. 54. πιτνότων supra scripto ω v. 834. προσκίπτει (γρ. καὶ προσπιτνεῖ) v. 1174. πίτνειν ante corr. πιτνεῖν a corr. v. 1224. πίτνοντ' ante corr. πιτνότ' a corr. supra scripto ὦν v. 1237. πίτνει ante corr. πιτνεῖ a corr. v. 1253. Rom. B. πιτνότα v. 53. πιτνώτων v. 834. προσπίπτει v. 1174. πιτνεῖ v. 1253. Rom. C. πιτνότα v. 54. πίπτει v. 1164. πιτνοῦντ' v. 1237. πιτνεῖ v. 1253. Hi omnes in locis silentio praetermissis cum Aldo consentiunt. Eadem diversitas etiam in Rom. D. E. Nostro loco scriptura sex modis variatur. Rom. D. πίτνοντα. Rom. A. B. C. πιτνότα, quod admisit Matthiae. Pleraque edd. πιτνοῦντα. Rom. E. Aelianus, πιτνώντα. Stobaeus

κων. Hanc ellipsin Atticis familiarem fuisse ostendunt Porsonus ad Or. 891. Matthiae Gramm. Gr. §. 288. d. maxime vero Schaeferus ad Bosium p. 187 = 204. Noster Herc. 634. φιλοῦσι παῖδας οἳ τ' ἀμείνονες βροτῶν, | οἳ τ' οὐδὲν ὄντες. χρήμασιν δὲ διάφοροι. | ἔχουσιν, οἳ δ' οὔ. πᾶν δὲ φιλότεκνον γένος. Hoc exemplum attulit Schaeferus, qui v. 570. 1036. ejusdem fabulae praetermisit. Ita intelligendus Aristophanes Eq. 597. πριάμενοι κώθωνας, οἳ δὲ καὶ σκόροδα καὶ κρόμμυα. Particulae καὶ δὴ γὰρ conjunctae leguntur infra v. 1076. καὶ δὴ γὰρ ἄλις βίοτόν θ' εὔρον. Hanc conjecturam dignam quae cum lectore communicetur existimo, indignam vero quae in textum admittatur. Adoptavi igitur Musgravii conjecturam τὸν μὲν γὰρ ἔχει. *Sed rectius, opinor, inquit Porsonus, servabitur nominativus, ut ὁ μὲν et ἡ δὲ accuratius opponantur.* Mutatio casus, si opus esset, sexcentis exemplis defendi posset, e quibus unum tantum afferam. Noster Or. 1402. τῷ μὲν ὁ στρατηλάτας πατὴρ ἐκλήζετο. | ὁ δὲ παῖς Στροφίου, κακόμητις ἀνὴρ. Quod addit Porsonus, Jasonem rectius dici ἔχειν quam ἔχεσθαι, fortasse verum est, si legatur λέκτρα. Sin autem legatur δῶμα, Creontis regia rectius Jasonem habere dicitur, quam ab eo haberi. Noster Herc. 614. AM. Ἡ καὶ κατ' οἴκους ἐστὶν Εὐρυσθέως ὁ θήρ; | HP. Χθονίας νιν ἄλσος Ἐρμιῶν τ' ἔχει πόλις. Jasonem in Creontis regia habitasse ostendunt ejus verba v. 930. δοκεῖς σπανίζειν δῶμα βασιλείου πέπλων; Revocavi igitur δῶμα, licet plerique libri λέκτρα exhibeant. In hac saltem fabula Aldinus liber πολλῶν ἀντάξις ἄλλων est. Quis enim nescit quoties veram scripturam contra omnes fere codices et ed. Lascarinam exhibeat? Exempla sunt ἔρος v. 150. φίλων v. 241. ἀμφέπων v. 467. συγγνωστ' ἂν ἦν σοι v. 478. Ἑλληνίδων v. 496. ἔχομεν v. 638. δεινότατον v. 641. γονάτων τε τῶν σῶν v. 693. ὧν ἐπαγγέλλη v. 704. τί μοι ζῆν κέρδος v. 780. σὸν σπέρμα v. 798. παρεμπολῶντί γ' v. 880. τί δῆτα λίαν v. 899. θύμασιν v. 1022. μωρίαν v. 1196. δόμους v. 1203.

139, 40. ἡδ' ἐν θαλάμοις τάκει βιοτὰν | δέσποινα,] Aldus ἡδ'. Lasc. ἡ δ'. Primus H. Stephanus ἡ δ'. Hanc varietatem plerumque silentio praeteribo.

*Ibid.* Scripsit Euripides, ni fallor, τήκει βίοτον. Dorica τάκει et βιοτὰν nata videntur e v. 145. 156. Brunckius in Par. A. reperisse videtur τήκει βιοτάν. Romani τάκει βιοτὰν ut vulgo.

140, 1. φίλων οὐδενὸς οὐδὲν | παραθαλπομένα φρένα μύθοις.] Rom. C. D. E. παραθαλπομένα. Rom. A. B. παραθαλπομένη.

142. Αἰ αἰ,] Lasc. A. αἰ αἰ. Lasc. B. αἰ. αἰ. τάλαινα.

142, 3. διά μου κεφαλᾶς φλόξ οὐρανία | βαίη.] Rom. C. D. E. κεφαλᾶς. Rom. A. B. Schol. ad v. 166. κεφαλῆς.

143. τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος;] Rom. D. τί δέον μοι. Aeschylus Prom. 746. Τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ' οὐκ ἐν τάχει | ἔρριψ' ἐμαυτὸν τῆσδ' ἀπὸ στύφλου πέτρας; Vide etiam nostrae fabulae v. 780.

144, 5. φεῦ φεῦ, θανάτῳ καταλυσάιμαν | βιοτὰν στυγεράν προλιποῦσα.] Euripides Fragm. Inc. cx. εἰ δὲ θανεῖν θέμις, ὧδε θανεῖν





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





gl. a prima manu διὰ τί, var. lect. a diversa τίς. Schol. in lem-  
mate τί habet, in interpretatione τίς. Lasc. B. etiam τίς. Hoc  
revocavit Matthiae, cui assentior. Simili errore libri nonnulli  
πρό σ' ἀπέχθασθαι v. 285. Sententiae quidem nihil interest, sed  
paullo exquisitius videtur τίς. Musgravii conjectura τίς σ' ὅς ποτε  
nihil valet. Ceterum τί τοι, quod Porsono tribuit Matthiae,  
vitium typographicum est edd. Lipsiensium.

*Ibid.* Rom. C. ἀπλήστου. Rom. A. B. D. E. Lasc. Par. A.  
ἀπλάστου, quod admisit Brunckius. In Rom. B. supra scriptum  
ή. Nescio an nimis Doricum sit ἀπλάστου. Schol. ἀπλήστου  
habet, et ἀκορέστου explicat. Sed fortasse scripsit Euripides  
τᾶς ἀπλάτου κοίτας, eodem sensu quo τᾶς ἀνάνδρου κοίτας v. 423.  
Ἄπλατον proprie est id cui nemo πελάζει, πλάθει sive πλησιάζει.  
Quae verba cum eorum derivatis frequenter de conjugio usur-  
pantur. Aeschylus Prom. 896. μηδὲ πλαθείην γαμέτα τινὶ τῶν  
ἔξ οὐρανοῦ. Sophocles Trach. 17. πρὶν τῆσδε κοίτης ἐμπελασθῆναι  
ποτε. Idem Phil. 677. Ixionem appellat τὸν πελάταν λέκτρων  
ποτὲ τῶν Διός. Euripides Andr. 24. καὶ γὰρ δόμοις τοῖσδ' ἄρσεν' ἐντί-  
κτω κόρον, | πλαθείσ' Ἀχιλλέως παιδὶ, δεσπότη δ' ἐμῶ. Hinc πλάτις,  
υχορ, apud Aristophanem Ach. 132. Ubi Schol. Καὶ τῇ πλά-  
τιδι. τῇ γυναικί, παρὰ τὸ πελάζειν τῷ ἀνδρὶ κατὰ τὴν κοίτην. Est au-  
tem solenne mendum ἄπληστος aut ἄπλαστος pro ἄπλατος. In-  
certus Rhes. 309. Στρατοῦ δὲ πλῆθος οὐδ' ἂν ἐν ψήφου λόγῳ | θέσθαι  
δυναίμην, ὡς ἄπλαστον ἦν ἰδεῖν. Recte ἄπλατον Piersonus ad Moe-  
rin p. 25. quem vide. Aeschylus Prom. 370. τοιόνδε τυφῶς ἐξανα-  
ζέσει χόλον | θερμοῖς ἀπλήστου βέλεσι πυρπνόου ζάλης, | καίπερ κεραυνῶ  
Ζηνὸς ἠνθρακαμένος. Hic ἀπλάτου reponunt viri docti ex Pindaro  
Pyth. I. 40. τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἀγνόταται ἐκ μυχῶν  
παγαί. Legendum suspicor apud eundem tragicum Eum. 53.  
ρέγκουσι δ' οὐ πλατοῖσι φυσιάμασι. Vulgo οὐ πλαστοῖσι, non fictis,  
sensu minus commodo.

*Ibid.* Omnes Rom. praeter E. qui versum omittit, item Lasc.  
ἔρωσ. Sic etiam edd. H. Stephani, P. Stephani et Barnesii.  
Ceterae quas inspexi ante Barnesium, necnon Musgravius, ἔρος  
habent. Brunckius et Beckius ἔρωσ. Porsonus et Matthiae  
iterum ἔρος. Sophocles El. 197. δόλος ἦν ὁ φράσας, ἔρος ὁ κτείνας.  
Accusativum ἔρον saepius apud Euripidem exstare monet Val-  
kenarius ad Hipp. 449. Plura dabunt viri docti ad Hesychium v.  
Ἐρον, Monkus ad Hipp. 337.

151. σπεύσει θανάτου τελευτάν;] *Malim* σπεύδει, inquit Musgra-  
vius. Omnes Rom. σπεύσει, sed A. supra scriptum habet δ.  
Schol. τὸ δὲ σπεύσει θανάτου τελευτάν, ἀντὶ τοῦ ἐπείξει καὶ ἐμβαλεῖ σοι  
θάνατον. Idem paullo ante, ὅς σπεύδει θάνατον ἐπιπέμψαι.

*Ibid.* Barnesius θανάτοιο. De qua scriptura vide quae dictu-  
rus sum ad v. 428.

152. Μηδὲν τοδε λίσσου.] Μηδὲν pro μή. Comparat Musgravius  
Aristophanem Ran. 437. Μηδὲν μακρὰν ἀπέλθης.

153. εἰ δὲ σὸς πόσις καινὰ λέχη σεβίζει,] Rom. A. B. D. E. εἰ δὲ



σὸς πόσις. Rom. C. εἰ δὲ σοὶ πόσις. Quae scriptura speciem tantum variac lectionis habet. Scripsisset enim librarius εἰ δὲ σοὶ πόσις, si vulgatam de industria mutasset.

*Ibid.* Lasc. A. καινὰ λέχη σεβίζει ut vulgo. Lasc. B. καινὰ σεβίζει λέχη.

154. κείνω τόδε μὴ χαράσσου.] Sic Rom. A. B. C. E. Lasc. A. Eustathius p. 633, 43. Quam scripturam agnoscit scholiastes, qui male interpretatur ἐκείνω τόδε τὸ ἀμάρτημα μὴ λογίζου, deinde melius μὴ χαλέπαινε. Lasc. B. κείνω τόδε μὴ χαράσσου. Rom. D. κείνω τόδε μοι χαράσσου. Par. A. κείνω τόδε χαράσσου cum gl. λογίζου. Rectius esset ὀργίζου. Hesychius a Musgravio allegatus: Κεχαραγμένος, ὀργισμένος. Herodotus VII. 1. καὶ πρὶν μεγάλως κεχαραγμένον τοῖσι Ἀθηναίοισι διὰ τὴν ἐς Σάρδις ἐσβολήν. Sed vix aequum viris doctis videtur, a Medea exigere ut ne omnino irascatur. Heathius igitur κείνω τόδε μὲν χαράσσου reponit. Cujus scripturae vestigia apud schol. ad v. 152. exstare putat. Musgravius in annotatione δεινῶς τοδὶ (pro τόδε metri caussa) μὴ χαράσσου. Edidit Brunckius, quem sequitur Beckius, κείνω λίαν μὴ χαράσσου. Porsonus vulgatam revocavit, in annotatione vero corrigit κείνω τόσον μὴ χαράσσου, quod admisit Zimmermannus. Matthiae τόδε ut vulgo. Recte. Verborum τόδε μὴ χαράσσου sensus μὴ οὕτως ὀργίζου, is ipse scilicet quem praebent virorum doctorum conjecturae. De hac pronominis significatione vide ad v. 49. 672. 875.

155. Ζεὺς σοὶ τάδε συνδικάσει.] Rom. C. τάδε. Rom. A. B. D. E. Lasc. Par. A. τόδε, quod admisit Brunckius. Male, cum tantulo intervallo praecedat alterum τόδε. Vide ad v. 72.

*Ibid.* Lasc. B. συνδικάσει. Omnes Rom. Lasc. A. Par. A. συνδικήσει, ut legendum censet Musgravius. Diversa sunt συνδικάζειν et συνδικεῖν, ut συνδικαστῆς et σύνδικος. Hesychius: Σύνδικοι. οἱ ἐν ταῖς δίκαις βοηθοί<sup>ο</sup>. Aeschylus Eum. 579. a Musgravio allegatus: Καὶ μαρτυρήσων ἦλθον (ἔστι γὰρ δόμων | ἰκέτης ὄδ' ἀνὴρ, καὶ δόμων ἐφέστιος | ἐμῶν φόνου δὲ τοῦδ' ἐγὼ καθάρσιος) | καὶ συνδικήσων αὐτός P. Aeschines in Timarchum p. 253. B. εἴαν τις Ἀθηναίων, φησὶν, ἐταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι, — μὴδ' ἱερωσύνην ἱεράσασθαι, — μὴδὲ συνδικησάτω, φησὶ, τῷ δημοσίῳ, μὴδὲ ἀρξάτω ἀρχὴν μηδεμίαν μηδέποτε. Schol. ad nostrum locum: σὺν δίκη δὲ, ἀντὶ τοῦ σὺν τῷ δικαίῳ ἐπεξελεύσεται. Male scriptum, neque recte explicatum. Brunckius συνδικάσει defendit, imo metro necessarium esse ait. Versus antistrophici 179.

• Hoc sensu Jesus Christus humani generis apud patrem παράκλητος dicitur a Joanne Ep. I. ii. 1. Eadem significatione usurpatur συνηγορος a scriptoribus recentioribus. Hesychius: Συνηγορος. προστατής. Recte quidem pro illorum temporum consuetudine. Sed antiquitus συνηγόρου officium erat non reum sed accusatorem (κατήγορον) consilio suo et elo-

quentia adjuvare. Quos defensores secum adducebat reus, σύνδικτοι appellabantur. Vide ad Aristophanes Ach. 685.

P Malim, ἔστι γὰρ θρόνων | ἰκέτης ὄδ' ἀνὴρ, καὶ δόμων ἐφέστιος | ἐμῶν. Bis tantulo intervallo δόμων usurpare non potuit poeta. Deinde rectius fortasse αὐτός quam αὐτός. Vide ad Sophoclis Oed. T. 458.



mensura in vulgatis libris est — — — υ υ — —, hujus e Brunckii sententia — — υ υ — υ υ —. Haec non optime congruunt.

156. μὴ λίαν τάκου,] Sophocles El. 1171. Θνητοῦ πέφυκας πατρός, Ἡλέτρα, φρόνει | θνητοῦ δ' Ὀρέστης. ὥστε μὴ λίαν στένε 9. Euripides Alc. 808. Γυνὴ θυραῖος ἢ θανοῦσα. μὴ λίαν | πένθει. δόμων γὰρ ζῶσι τῶνδε δεσπότες. Andr. 1233. καὶ πρῶτα μὲν σοι τοῖς παρεστῶσιν κακοῖς | μηδέν τι λίαν δυσφορεῖν ἐπήνεσα. Aristophanes Nub. 415. μήτε ῥιγῶν ἄχθει λίαν, μήτ' ἀριστᾶν ἐπιθυμεῖ. Ibid. 714. Μὴ νυν βαρέως ἄλγει λίαν. His exemplis utar ad v. 899.

Ibid. ὄδυρομένα σὸν εὐνέταν.] Musgravius in annotatione *δυρομένα*, quod admisit Brunckius, apposito tamen elisionis signo, quod delevit Porsonus. Hunc vide ad Hec. 728. Ita se res habet. Verbum *ὄδυρομαι* metro vel numeris nocet apud Aeschylum Prom. 271. Pers. 584. Sophoclem Oed. T. 1218. Euripidem Hec. 740. Med. 156. Andr. 397. Utraque forma aequae convenit apud Aeschylum Prom. 643. Theb. 662. Sophoclem Oed. C. 1439. Ant. 693. Aj. 327. 383. Euripidem Suppl. 770. Iph. T. 482. Apud Euripidem vero Phoen. 1750. ex necessitate legitur, Ἀλλὰ γὰρ τί ταῦτα θρηνῶ καὶ μάτην ὄδυρομαι; Verbalia *ὄδυρμός*, *ὄδυρμα* et similia nunquam o amittere videntur.

Ibid. Brunckius metri causa *εὐνήταν* scripsit. Quae forma licet analogiae non repugnet, non magis usurpata est quam *ικήτης*, *γαμήτης*, *εὐεργήτης*, *κυνηγήτης*. Quamquam masculinum *εὐνήτης* a feminino *εὐνήτρια* defendi videtur, quod exstat apud Sophoclem Trach. 294. Quod si quis a masculino *εὐνέτης* femininum *εὐνέτρια* derivari censeat, sciat omnia hujus formae feminina apud Atticos antepenultimam longam habere, ut *θεάτρια*, *ποιήτρια*, *συκοφάντρια*, *ψάλτρια*<sup>r</sup>. Non Attice locutus est Joannes Chrysostomus T. XI. p. 113. a Bastio ad Gregorium p. 260. citatus, cum *δραπέτριαν* dixit. Cratinus fabulam suam *Δραπετίδας* inscripsit. Sic non *προδότρια* sed *πρόδοτιν* dixerunt veteres<sup>s</sup>. Ceterum nostro loco *εὐνέταν* revocavit Matthiae. In hoc metro epitritus primus et dijambus satis bene sibi respondent. Noster Phoen. 1302. πότερον ἄρα νέκυν ὀλόμενον ἰαχήσω; Ibid. 1316. ἄποτμος, ἄποτμος ὁ φόνος ἔκεκ' Ἐριννύων. Vide etiam Cycl. 500. 508. 516.

158. λεύσσεθ' ἂ πάσχω,] Ita Rom. C. recte. Rom. A. B. D. Lasc. A. λεύσεθ'. Rom. E. λεύσεσθ'. Lasc. B. λεύσασθ'. Ambiguum est, utrum *λεύσσετε* indicativus sit an imperativus. Eadem ambiguitate laborat Sophocles Ant. 940. λεύσσετε, Θήβης οἰκοιρανί-

<sup>9</sup> Fingamus apud Sophoclem legi, θνητοῦ πέφυκας πατρός, Οἰδίπους, φρόνει. Interpretes certatim *πεφυκώς* reponerent, comparantes Ant. 996. φρόνει βεβῶς αὐτῶν ἐπὶ ξυροῦ τύχης. Hoc tironibus argumento sit, elegantiosem quam appellant lectionem non semper esse veriosem.

<sup>r</sup> A feminino *psaltria* novum masculinum *psaltrium*, ut *poëtrium*, *sycophantri-*

*um*, effinxit Famianus Strada Bello Belgico, propterea a Scioppio derisus Infamia Famiani p. 81.

<sup>s</sup> Hesychius: Ἀναγέτρια. ἢ ταῖς τικτούσαις ὑπηρετοῦσα γυνή, παρὰ Ταραντίνους οὕτως λεγομένη, ἣν Ἀττικοὶ μαῖαν καλοῦσιν. Vide interpretes ad hanc gl. et Ἀγέτρια et Ἀναγεστρίς. Vera scriptura fortasse est Ἀναγέστρια.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



κοάξ. | οὐδὲν γάρ ἐσθ' ἄλλ' ἢ κοάξ. Hinc legendum suspicor Vesp. 1449. Οἴμ' ὡς ἀπολω σ' αὐτοῖσι τοῖσι κανθάροις. Vulgo οἴμ' ὡς ἀπολεῖς. Dicitur οἴμ' ὡς ἀπολω σ' ut οἴμ' ὡς τεθνήξεις Ach. 590. 162. οἷ γε με πρόσθεν τολμῶσ' ἀδικεῖν.] Rom. D. πρόσθε. Contrario vitio Rom. A. B. πρόσθεν v. 188. Ceteri Rom. utrobique recte.

163, 4. ὦ πάτερ, ὦ πόλις, ὦν ἀπενάσθη | αἰσχυρῶς,] Hesychius: Ἀπενάσθη. ἀπωκίσθη. Idem: Ἀπενάσσατο. ἀπώκησεν. Scribendum ἀπώκισεν, modo Attica glossa sit. Apud Homerum, Hesiodum ceterosque veteres, qui activam formam ἔνασσε usurpant, media ἔνασσατο et passiva ἔνάσθη idem significant, ut χολωσάμενος et χολωθεῖς. Attici vero ἔνασσατο pro ἔνασσε usurpant. Sic ἀπενάσσατο apud Euripidem Iph. T. 1259. κατανασσαμένη apud Aeschylum Eum. 932. Passivum ἀπενάσθη habet noster etiam Iph. T. 175. κατενάσθη Phoen. 215. κατένασθεν Aristophanes Vesp. 660. Sic enim Invernizius pro κατένασθε.

164. τὸν ἐμὸν κτείνασα κάσιν.] Schol. Τιμαχίδας ἐπὶ τὰ πρόχειρα πᾶσιν ἐνεχθεῖς, τὸν Ἀψυρτον φησὶ λέγειν αὐτὴν, τοῦ Εὐριπίδου μήτε ἐνταῦθα μήτε ἐν τῷ Αἰγεῖ δηλώσαντος τὸν Ἀψυρτον ὀνομαστί. ὁ δὲ Φερεκύδης (p. 122.) διὰ τοῦ ξ ὀνομάζει αὐτόν. Δικαιογένης δὲ ἐν τῇ Μηδείᾳ Μεταπόντιον αὐτὸν ὀνομάζει. ἀνηρῆσθαι δὲ αὐτὸν οἱ μὲν ὑπὸ Μηδείας, οἱ δὲ ὑπὸ Ἀργοναυτῶν. Λέων δὲ ὁ ῥήτωρ οὐ σφαγῆναι ἀλλὰ διαφθαρεῖν αὐτὸν φαρμάκοις. Ex hoc scholio discimus Medae personam in Euripidis Aegeo fuisse, ut jam monui p. 66. Deinde praeter hujus grammatici testimonium, nullam Dicaeogenis Medae mentionem reppererunt Fabricius et Harlesius Bibl. Gr. T. II. p. 295.

165. Κλύεθ' οἶα λέγει,] Menelai, ni fallor, in Euripidis Telepho verba fuerunt, ὦ πόλις Ἀργους, κλύεθ' οἶα λέγει, quibus utitur Aristophanes Eq. 810. Plut. 601. Quod ait scholiastes ad Eq. 806. verba ὦ πόλις Ἀργους e Telepho sumta esse, e Medea vero κλύεθ' οἶα λέγει, minus recte dictum videtur.

165, 6. κἀπιβοᾶται | Θέμιν εὐκταίαν,] Reiskius θέμιν εὐναίαν, *justitiam conjugalem*. Ruhnkenius apud Piersonum ad Moerim p. 137. Θέμιν Ἰχναίαν. Sed πατρὸς εὐκταίαν Ἐριννὺν dixit Aeschylus Theb. 729. monente Musgravio.

166, 7. Ζῆνά θ', ὅς ὄρκων | θνατοῖς ταμίας νενόμισται.] Schol. τῶν διαβεβοημένων ἐστὶ ζητημάτων καὶ τοῦτο, πῶς ἢ μὲν Μήδεια τὴν Θέμιν καὶ τὴν Ἀρτεμιν βοᾶται (v. 157.), ἢ δὲ πρεσβύτις ἀντὶ τῆς Ἀρτέμιδος τὸν Δία φησὶν αὐτὴν ἐπιμαρτύρασθαι. Hujus nodi quatuor solutiones affert grammaticus. Prima est Apollodori Tarsensis, qui Medae tribuendum censuit v. 146. Ἄϊες, ὦ Ζεῦ καὶ γὰρ καὶ φῶς, qui vulgo recte choro tribuitur. Secunda est Didymi, qui in verbis διὰ μου κεφαλᾶς φλόξ οὐρανία βαίη v. 142. Jovem implicite invocari putabat. Quis enim, ait, fulmen in eam immittere poterat, nisi Jupiter? Tertia est, interrogationis signum post ἐπιβοᾶται ponendum esse, deinde subaudiendum ὄμνυμι, quasi per Themis et Jovem juret nutrix; Medeam diu iratam fore. Quar-



tam solutionem ceteris meliorem ad verba τὰν Ζηνὸς ὀρκίαν Θέμιν v. 205. affert grammaticus, ὅτι διὰ τῆς Θέμιδος τὸν Δία ἐπεκαλεῖτο, διὰ τὸ εἶναι Διὸς τὴν Θέμιν. Nemo hodie, opinor, has turbas exci- taret, neque eam Euripidi licentiam negaret, quae oratoribus conceditur, ut censeantur dixisse quod non dixerint.

*Ibid.* Rom. C. Lasc. B. θνατοῖς. Rom. A. B. D. E. Lasc. A. θνητοῖς.

168, 9. οὐκ ἔστιν ὅπως ἐν τινι σμικρῶ | δέσποινα χόλον καταπαύσει.] Rom. C. D. E. οὐκ ἔστιν. Rom. A. B. κοὐκ ἔστιν. Eadem va- rietas v. 1057. Utrobique praestat οὐκ sine καί.

*Ibid.* Rom. C. Schol. σμικρῶ. Rom. A. B. D. E. Lasc. Par. A. Mag. μικρῶ, quod admisit Brunckius. *Vulgatum quidem σμικρῶ, inquit, in metrum non peccat, sed versum minus concin- num facit.*

171, 2. μύθων τ' αὐδαθέντων | δέξαιτ' ὀμφάν,] Musgravii conje- cturam' αὐδαέντων memorasse satis est. Deinde Rom. D. δέξε- ταιτ' (sic) ὀμφάν.

173, 4. εἴπως βαρύθυμον ὄργαν | καὶ λῆμα φρενῶν μεθείη;] Omnes Rom. εἴπως. Sed in A. a prima manu adscriptum γρ. καὶ ἡ πᾶς. Var. lect. a diversa ὅπως.

175, 6. μήτοι τό γ' ἐμὸν πρόθυμον | φίλοισιν ἀπέστω.] Haec vulgo nutrici tribuuntur, cujus verba chori orationem interrumpunt. Omnia choro tribuenda esse vidit Tyrwhittus, cujus sententiae a membranis confirmatae obsecutus est Brunckius.

*Ibid.* Rom. A. B. D. E. μήτοι. Rom. C. Par. A. μή μοι<sup>ι</sup>.

177, 8. ἀλλὰ βᾶσά νιν δεῦρο πόρευσον οἴκων | ἔξω, φίλα, καὶ τάδ' αὐδα.] Rom. A. βᾶσα νίν. Rom. B. C. βᾶσα νιν. Lasc. βᾶσα νῦν.

*Ibid.* Omnes fere interpretes τάδε referunt ad sequentia ver- ba, σπεῦσον, πρίν τι κακῶσαι τοὺς εἴσω, quasi dicere jubeatur an- cilla, *Propera, priusquam aliquid mali facias iis qui intus sunt.* Ita enim ea verba reddit Portus, cujus versionem servarunt Bar- nesius et Musgravius. Sed luce clarius est, sensum esse, *pro- pera tu* (ancilla scilicet), *priusquam aliquid mali faciat Medea.* Ita Buchananus: *heus propera, | ne designet quicquam asperius; hos adversum, quos habet intus.* Sic etiam Bothius in versione Teutonica: *Eil', eh drinnen ihr Rachgeist noch gefrevelt.* Τάδε igitur ad superiora verba πῶς ἂν ἐς ὄψιν τὰν ἀμετέραν ἔλθοι &c. referendum est. Ita Jocasta Phoen. 571. σοὶ μὲν (Eteocli) τάδ' αὐδῶ. σοὶ δὲ, Πολύνεικες, λέγω, &c. Hoc admissio, omnia bene se haberent, nisi metro quoque consulendum esset. Versus enim 178. quartam syllabam producit, quae brevis est in strophico 154. κείνω τόδε μὴ χαράσσου. Hermannus Elem. Doctr. Metr.

<sup>ι</sup> Aeschylus Theb. 71. μή μοι πόλιν γε πρέμνοθεν πανάλευρον | ἐκθαμνίσητε δηάλωτον, Ἑλλάδος | φθόγγον χέουσαν, καὶ δόμους ἐφε- στίους. Legendum videtur μήτοι πόλιν γε. Idem Prom. 626. Μήτοι με κρύψης τοῦθ' ὅπερ μέλλω παθεῖν. Sophocles Oed. C. 1407. μήτοι με πρὸς θεῶν σφῶ γ', εἰάν αἱ

τοῦθ' ἄραι | πατρὸς σελῶνται, καὶ τις ὑμῖν εἰς δόμους | νόστος γένηται, μὴ μ' ἀτιμάσῃτε γε, | ἀλλ' ἐν σάφοισι θέσθε καὶ κτερίσμασι. *Ibid.* 1439. Μήτοι με δύρου. Ant. 544. Μήτοι, κασιγνήτη, μ' ἀτιμάσῃς τὸ μὴ οὐ | θανεῖν σε σὺν σοί, τὸν θανόντα δ' ἀγνίσαι.



p. 532. φίλα cum καὶ τὰδ' αὖδα conjungit, ut sit accusativus pluralis, interpretaturque, *nos quoque favere Medae narra.* Ego neque hanc rationem probo, neque meliorem novi.

179, 80. σπεῦσον, πρὶν τι κακῶσαι | τοὺς εἴσω.] Rom. A. B. C. Lasc. B. σπεῦσον πρὶν τι κακῶσαι. Rom. E. Lasc. A. Par. A. σπεῦσαι πρὶν τι κακῶσαι. Rom. D. σπεῦσαι τὶ πρὶν κακῶσαι. Brunckius σπεῦσαι admisit cum hac annotatione: Σπεῦσαι, festina. Sic bene membranae. Non magis dicitur σπεύδομαι quam χαίρομαι. Porsonus σπεῦσον revocavit. Hic etiam versus non congruit cum strophico 155. Ζεὺς σοι τὰδε συνδικήσει. Conjicit Musgravius, σπεῦσον, πρὶν ἐτ' ἢ (fortasse voluit πρὶν ἐτ' ἢ) κακῶσαι. Hermannus duas conjecturas memorat; unam Seidleri, σπεῦσον, πρὶν καὶ τι κακῶσαι; alteram suam, σπεῦσον δὲ, πρὶν τι κακῶσαι. Neutra metro omnino satisfacit. Si πρὶν ἢ apud Atticos poëtas exstaret (nam de prosae orationibus scriptoribus nulla controversia est), audacter reponerem, σπεῦσον δὲ, πρὶν ἢ κακῶσαι<sup>u</sup>. Addere possem, Porsonum Advers. p. 136. πρὶν τι pro πρίνη Hermiae restituisset apud Athenaeum p. 563. E.

*Ibid.* Omnes Rom. εἴσω. Brunckius tacite εἴσω, Matthiae εἴσω ut vulgo. Respondet in strophā λίαν, quod priorem syllabam habet communem.

181. Δράσω τὰδ'. ἀτὰρ φόβος εἰ πείσω] Sensus est, ἀτὰρ φοβοῦμαι μὴ οὐ πείσω, sed vereor ut persuadeam. Sic etiam Heracl. 791. φόβος γὰρ εἴ μοι ζῶσιν, οὓς ἐγὼ θέλω. Id est, φοβοῦμαι γὰρ μὴ οὐ ζῶσιν, μὴ τεθνηκότες ᾧσιν. Confer etiam nostrae fabulae v. 901. Eandem constructionem contrario sensu usurpat noster Andr. 60. καὶ νῦν φέρουσά σοι νέους ἤκω λόγους, | φόβω μὲν εἴτις δεσποτῶν αἰσθήσεται, | οἴκτω δὲ τῷ σῷ. Id est, φοβουμένη μήτις δεσποτῶν αἰσθηται.

182. δέσποιναν ἐμάν.] Rom. D. Lasc. B. δέσποιναν ἐμάν. Rom. A. B. C. δέσποιναν ἐμήν. Duo verba omittunt Rom. E. Lasc. A. Non male.

184, 5. καίτοι τοκάδος δέργμα λεαίνης | ἀποταυροῦται δμωσίν,] Rom. A. ante corr. ridiculo errore δέρμα λεαίνης.

185, 6. ὅταν τις | μῦθον προφέρων πέλας ἡρμαθῆ.] Lasc. ὅτ' ἂν τις. Idem ὅταν conjunctim v. 15. 128. 239. 260. 508. Praestare videtur ὅτ' ἂν, quam scribendi rationem in codd. antiquis frequentem esse monet Porsonus, Bastius quoque ad Gregorium p. 827. Neque obstat quod ὅταν δὲ potius quam ὅτε δ' ἂν in libris reperitur. Nam reperitur etiam ἡνίκ' ἂν δὲ, quod in ἡνίκαν δὲ mutatum nemo, opinor, vellet<sup>x</sup>. Aldus vero nostro loco ὅτάν τις. Idem τούσδέ γ' v. 87. ὄμμα νιν v. 91. οἱ γέ με v. 162.

<sup>u</sup> Apud Neophronem, cujus verba ad v. 1024. affertur, vulgo legitur πρὶν ἢ ἕξαμαρτεῖν. Dixisset Euripides, ni fallor, πρὶν ἕξαμαρτεῖν. Olim legebatur apud Aristophanem Ran. 1215. ὄντινά γε, πρὶν μὲν ἢ φῦναι, Ἀπόλλων ἔφη | ἀποκτενεῖν τὸν πατέρα, πρὶν καὶ γεγονέναι. Codd. plerique

πρὶν φῦναι μὲν ἀπόλλων, unde Brunckius, πρὶν φῦναι μὲν, ὡς ἀπόλλων. Hodie scribitur ἀπόλλων.

<sup>x</sup> Aristophanes Pac. 1179. ἡνίκα δ' ἂν οἴκοι γένωνται, δρῶσιν οὐκ ἀνασχετά. Numerosius Ran. ἡνίκ' ἂν δ' οἴκοι γένωνται. Vide Eccl. 278.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





Διονύσω καταμίξαντας, ἐν παιδιᾷς μέρει τίθεσθαι. Haec loca attulit Porsonus. Priorem etiam Scaliger.

188. οὐκ ἂν ἀμάρτοις,] Sic Rom. C. D. E. Sed Rom. A. B. Mag. ἀμάρτης (vel ἀμάρτης) soloece. In Rom. A. supra scriptum οἱ<sup>z</sup>.

189, 90. οἵτινες ὕμνους ἐπὶ μὲν θαλίαις, | ἐπὶ τ' εἰλαπίναις, καὶ παρὰ δείπνοις] Desunt in Rom. C. verba ἐπὶ μὲν θαλίαις. Deinde Porsonus in ed. Cantrabrigiensi ἐπὶ δ' εἰλαπίναις in textu, in annotatione vero: *Pro ἐπὶ δ' malim ἐπὶ τ'.* Sed in fine libelli errorem suum ipse correxit.

191. εὔροντο, βίου τερπνὰς ἀκοάς.] Alii ἤυροντο scribendum contendunt, alii εὔροντο. Matthiae Gramm. Gr. 167. 6. in εὐρίσκω diphthongum mutari negat, licet reperiatur ἐξηυρέθη apud Aristophanem Pac. 128. Adde ἠυρέθη, quod apud Sophoclem Ant. 406. exhibent omnes edd. ante Turnebum. Seidlerus quoque ad Euripidis El. 380. (382.) in hoc verbo augmentum non poni affirmat. In aliis fieri non negat. Infra v. ἐξηύχουν pro ἐξηύχου libri omnes, nisi qui ἐξηύχου habent. Exempla omnia hujus scripturae quae apud Euripidem exhibet ed. Aldina, collegi ad Heracl. 305.

196, 7. καίτοι τάδε μὲν κέρδος ἀκείσθαι | μολπαῖσι βροτούς.] Rom. C. D. E. μολπαῖσι βροτούς. Rom. A. ante corr. μολπῆσι βροτοῖς, correctus ab eadem manu μολπῆσι βροτούς. Rom. B. etiam βροτοῖς. De μολπῆσι vide ad ζεύγλησι v. 466.

197, 8. Ἴνα δ' εὔδειπνοι | δαῖτες, τί μάτην τείνουσι βοάν;] Rom. C. D. E. Schol. βοάν. Rom. A. B. βοήν.

201. Ἰαχὰν αἴιον πολύστονον γόων.] Pseudogregorius v. 808. ἰαχάν. Fortasse legendum ἰαχον media producta, quam formam bis in una fabula usurpat Euripides. Tro. 825. ἃ δέ σε γειναμένα πυρὶ δαίεται. | αἰῖνες δ' ἄλλαι | ἰαχον (supplendum βοῶσιν), οἷον οἰωνὸς ὑπὲρ τεκέων βοᾶ. Ibid. 1228. στέναζε, μάτερ, — νεκρῶν ἰαχον. Priore loco nomen pro verbo male accipiunt omnes interpretes. De constructione vide Porsonum ad Or. 1035.

*Ibid.* Rom. A. B. C. D. E. ante corr. πολύστονον. Rom. E. a corr. Lasc. Pseudogregorius v. 808. πολυστόνων. *Nescio an melius,* ait Porsonus.

202. λιγυρὰ δ' ἄχεα μογερὰ βοᾶ] Rom. A. D. Lasc. B. μογερά. Rom. B. C. E. Lasc. A. μογερά. Huc spectat gl. a prima manu in Rom. A. κακῆ. Recte vulgo μογερὰ, quod pro nominativo singulari accipit scholiastes, rectius Reiskius pro accusativo plurali. Versus est dimeter iambicus, ut 205. 207. Vix opus est ut moneam βοᾶ verbum esse. Constructio ut apud Sophoclem Trach. 49. Δέσποινα Δηάνειρα, πολλὰ μὲν σ' ἐγὼ | κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα | τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην.

203. τὸν ἐν λέχει προδόταν κακόνυμφον.] Rom. A. B. D. E. λέχει.

<sup>z</sup> Sophocles Aj. 154. τῶν γὰρ μεγάλων ψυχῶν ἰεῖς, | οὐκ ἂν ἀμάρτοι. κατὰ δ' ἂν τις ἐμοῦ | τοιαῦτα λέγων, οὐκ ἂν πείθοι. Vide

an hic quoque legendum οὐκ ἂν ἀμάρτοις, id est, οὐτὶς ἂν ἀμάρτοι. Sic οὐκ ἂν δύνατο προ ἀδύνατον ἐστι.



Rom. C. λέχαισι, i. e. λέχεσι. Nescio an melius, modo scribatur λέχεσιν.

204. θεοκλυτεῖ δ' ἄδικα παθοῦσα] Sic Rom. D. E. Sed Rom. A. B. C. θεοκλυτεῖ δέ τ' ἄδικα.

*Ibid.* Hesychius: Θεοκλυτεῖται. παρὰ θεοῦ ἀκούει. Legendum: Θεοκλυτεῖ. θεὸν ἐπικαλεῖται, παρὰ θεοῦ ἀκούει. Idem: Θεοκλυτήσαντες. θεοῦ ἀκούσαντες, θεὸν ἐπικαλεσάμενοι. Θεοκλυτοῦσαι. θεὸν ἐπικαλούμεναι. Aeschylus Pers. 500. ἐπεὶ δὲ πολλὰ θεοκλυτῶν ἐπαύσατο. Idem Theb. 145. λιταῖσί σε θεοκλύτοις | ἀπύουσαι πελαζόμεσθα. Verbum igitur θεοκλυτῶ ab adjectivo θεόκλυτος derivatum est, quae vox ejusdem familiae est cujus Θεοκλύμενος, quod θεούς σέβων significare videtur, interprete Euripide Hel. 9.

205. τὰν Ζηνὸς ὀρκίαν Θέμιν,] Brunckius tacite Ζανός. Porsonus Ζηνός revocavit. Fortasse scripsit poëta Διὸς, metro ut apud Sophoclem Phil. 687. πῶς ποτε, πῶς ποτ' ἀμφιπλήκτων ῥοθίων μόνος κλύων, &c. Quo exemplo legere licet: τὰν Διὸς ὀρκίαν θέμιν, | ἄνιν ἔβασεν Ἑλλάδ' εἰς | ἀντίπορον, δι' ἄλα νύχιον.

206. ἄνιν ἔβασεν Ἑλλάδ' εἰς ἀντίπορον,] Rom. E. εἰς. Rom. A. B. C. D. εἰς. Metrum incertum scripturam etiam incertam reddit.

207. δι' ἄλα νύχιον,] Hoc explicat tragicus Rhés. 53. ἄνδρες γὰρ ἐκ γῆς τῆσδε νυκτέρῳ πλάτῃ, | λαθόντες ὄμμα τοῦμόν, αἴρεσθαι φυγῆν | μέλλουσι.

207, 8. ἐφ' ἀλμυρὰν | πόντου κληῖδ' ἀπέραντον.] Aldus κληῖδ'. Lasc. κληῖδ'. Uterque κληῖδα v. 644. κληῖδας recte v. 1281.

*Ibid.* Frustra Heathius ἀπεράντου. Gl. in Par. A. τὴν δυσχερῆ πρὸς τὸ περᾶσθαι. Male. Aliud est περᾶν, aliud περαίνειν. Homericum Ἑλλήσποντος ἀπείρων respexit noster. Quod ille κληῖδα, Aeschylus Pers. 880. στόμα πόντου dixit. Vide Columnnam ad Ennium p. 202.

209—13. Κορίνθιαι γυναῖκες——ῥαθυμίαν.] Nullus hujus fabulae locus est, qui criticis majorem disputandi materiam prae-buerit quam hi quinque versus. Dixerunt de eo ab Heathio aliisque indicati Politianus Miscellan. 27. Victorius Var. Lect. XX. 13. Muretus Var. Lect. VIII. 17. Manutius ad Ciceronis Epist. VII. 6. Columnna ad Ennium p. 203. item Vossius p. 336. Hi omnes cum non tam a Graecis Euripidis verbis quam ab Ennii Latinis occasionem dicendi sumserint, primum Ennii verba ponamus, quae in animo teneat lector, dum de singulis hujus orationis partibus dicitur. Cicero Epist. VII. 6. *Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignoverunt Medae quae Corinthum arcem altam habebant matronae opulentae, optumates: quibus illa manibus gypsatisissimis persuasit, ne sibi vitio illae verterent, quod abesset a patria.* Nam multi suam rem bene gessere et poplicam patria procul. Multi, qui domi aetatem agerent, propterea sunt improbati. *Quo in numero tu certe fuisses, nisi te exclusissemus.* Quatuor sunt tetrametri octonarii, quorum tres a Ciceronis verbis facile separari possunt. Secundus vero incerta conjectura ita restitui potest: *Ne mihi vitio vos vortatis, a patria quod absiem.*



209, 10. Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων, | μή μοι τι μέμψησθ'.] Rom. D. E. Lasc. Par. A. B. D. Put. μέμψησθ', quod admisit Musgravius. Rom. A. B. μέμφοισθ'. Rom. C. μέμψοισθ'. Schol. bis μέμψησθε, semel μέμψησθε. Etsi parum refert, Aldinam scripturam, quam revocavit Matthiae, pallo meliorem esse existimo. Video enim librarios saepius ψ in φ mutasse, quam φ in ψ. Noster Hec. 1183. Μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς | τὸ θῆλυ συνθεῖς ᾧδε πᾶν μέμψη γένος. Ubi μέμψη contra linguae indolem in dimidia fere parte codicum exhiberi monet Porsonus. In Hipp. 1176. ἀναστρέφοι pro ἀναστρέψοι pleraeque edd. ante Musgravium, non illud quidem prorsus vitiosum, sed altero longe deterius. Ibid. 1418. κατασκήφουσιν pro κατασκήψουσιν cod. Flor. apud Valckenarium. Ennium quoque, modo mediocriter Graece doctus fuerit, μέμψησθ' in exemplo suo habuisse certum est. Is enim, ut mox declarabo, contra mentem quidem poëtae haec verba interpretatus est, sed non contra linguae indolem, modo legatur μέμψησθ' ; sin autem legatur μέμψησθ', contra utramque.

*Ibid.* Sensus horum verborum satis perspicuus est, Medeam scilicet Corinthiarum rogatu foras exire, ne earum amicitiam spernere videatur. Schol. ἐξῆλθον πρὸς ὑμᾶς, ᾧ γυναῖκες, ἵνα μή μοι τι μέμψησθε (ed. Ven. μέμψησθαι) ὡς δι' ὑπερηφανίαν μὴ προελθούση. Longe aliter tamen ab Ennio accepta sunt, quasi ab his mulieribus petat Medea, ne sibi vitio vertant, quod patriam reliquerit. Secundum Ennium igitur plenius post δόμων distinguendum. Errorem ejus vidit et indicavit Muretus.

210, 1. οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν | σεμνοὺς γεγῶτας,] Schol. καίτοι ἐπίσταμαι πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων σεμνοὺς γεγῶτας, — οἶον, ὑπερηφάνους νομιζομένους. Photius: Σεμνὸν, ἐπὶ τοῦ ἀξιωματικοῦ λέγουσιν. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑπερηφάνου τιθέασιν. Εὐριπίδης Μειδία· Οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν σεμνοὺς γεγῶτας. καὶ ἐν Ἰππολύτῳ (v. 93.)· Μισεῖν τὸ σεμνὸν καὶ τὸ μὴ πᾶσι φίλον. καὶ τὸ ἔνδοξον. Εὐριπίδης Ἰππολύτῳ (v. 99.) Πῶς οὖν σὺ σεμνήν· δαίμονα οὐ προσεννέπεις, καὶ τὸ μέγα. Eadem fere verba habet Suidas v. Σεμνόν. Eo sensu quem nostro loco convenire putant grammatici, σεμνὸς contrarium habet εὐπροσήγορος apud Euripidem Hipp. 95. Dicit igitur Medea, nosse se multos esse σεμνοὺς, quorum scilicet vereatur ne in numero habeatur, nisi amicis se ostendat. Non opus ut cum scholiasta γεγῶτας explicemus, νομιζομένους. Sensus est ὄντας. Sic αὐθάδης γεγῶς mox v. 218. Hactenus omnia satis perspicua sunt. Sequentiā difficiliora et obscuriora sunt.

211. Rom. D. Photius apud Porsonum; γεγῶτας. Apud Hermannum vero alter codd. γεγῶτας habet, alter γεγονότας consentiente Suida.

211, 2. τοὺς μὲν ὀμμάτων ἀπο, | τοὺς δ' ἐν θυραίοις.] Ita Schol. totidem literis. Rom. A. ante corr. C. D. E. ὀμμάτων ἀπο. Rom. A. corr. ab eadem m. B. Par. A. ὀμμάτων τ' ἀπο, fortasse ex Hec. 240. Deinde Aldus τούσδ', ἐν θυραίοις. Lasc. A. τοῖς δ' ἐν θυραίοις. Lasc. B. recte τοὺς δ' ἐν θυραίοις. Schol. ita explicat;





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



Ibid. 1522. δύσκλειαν δ' ἀπὸ συγγόνου | βάλλετε βαρβάρων λέξεων, | ἂν Ἰδαίων ἐρίδων | πονηθεῖσ' ἐκτῆσατο, τὰν | οὐκ ἐλθοῦσαν Ἰλίου | Φοι-  
βείους ἐπὶ πύργους. Sophocles Ant. 924. τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ'  
ἐκτῆσάμην.

214. δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν,] Wyttenbachius p. 52.  
legendum censet δίκη δ' ἄρ'. *Neque enim caussa exponitur ante-  
cedentium, inquit, sed sequentia iis simpliciter subjiciuntur. Vide  
ad v. 121.*

*Ibid.* Rom. B. C. E. Lasc. B. Stobaeus Tit IX. p. 99=53.  
οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς. Rom. A. D. οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖσι. Lasc. A.  
οὐκ ἔνεστ' ὀφθαλμοῖς. Eustathius p. 415, 12. οὐκ ἔστιν ἐν ὀφθαλμοῖς.  
Schol. οὐκ ἔνεστιν ὀφθαλμοῖς, quod admisit Porsonus. Matthiae  
vulgatam revocavit. Quod ad constructionem attinet, aequè  
bene dicitur ἔνεστ' ἐν atque ἔνεστιν. Aristophanes Nub. 56.  
Ἐλαιον ἡμῖν οὐκ ἔνεστ' ἐν τῷ λύχνῳ. Ita passim. Sed paullo nu-  
merosius est ἔνεστιν, ideoque a Porsono praelatum est. Recte  
quidem, si aliquid insoliti haberet vulgata, vel si multorum li-  
brorum auctoritate niteretur ἔνεστιν. Atqui hoc nusquam appa-  
ret nisi apud scholiasten, apud quem poëtae verba raro recte  
scripta leguntur. Alterum exhibent Aldus, Lascaris, Sto-  
baeus et omnes codices Romani. Quod ad numeros attinet,  
Reisigius p. 249. numerosius ἔνεστ' ἐν quam ἔνεστιν sibi vi-  
deri ait. Etsi Reisigio non assentior, vulgatam satis nume-  
rosam puto. Caesuram in medio versu defendunt tria exem-  
pla ex eadem fabula petita. V. 232. γυναῖξιν, οὐδ' οἶόν τ' ἀνή-  
νασθαι πόσιν. V. 457. φίλους κακῶς δράσαντ' ἐναντίον βλέπειν. V.  
982. καὶ γὰρ κακῶς φρονοῦσ' ἐμηχανησάμην. Ita noster Hec. 355.  
387. 414. 440. 606. 1141. 1224. Or. 12. 51. 224. 292. 509.  
531. 568. 691. 1030. 1077. 1126. 1185. 1237. 1255. 1647. 1652.  
1663. Phoen. 72. 79. 271. 586. 747. 936. 1238. 1407. 1423. <sup>b</sup>  
Nec desunt tragoediae, quarum primus versus, qui prae omni-  
bus numerosus esse debet, hanc caesuram habeat. Aeschylus  
Cho. 1. Ἐρμῆ χθόνιε, πατρῶ' ἐποπτεύων κράτη. Euripides Alc. 1.  
Ἔ δώματ' Ἀδμήτει, ἐν οἷς ἔτλην ἐγώ. Suppl. 1. Δήμητερ, ἐστιοῦχ'  
Ἐλευσῖνος χθονός. Diverso exordio usi essent tragici, si hujus-  
modi versus auribus minus grati fuissent.

<sup>b</sup> In hac enumeratione Porsoni editio-  
nem sequor. Versus sunt in primis  
quatuor fabulis triginta septem, qui  
omnes elisionem post tertium pedem ha-  
bent, praeter Hec. 1141. (1159.) γένοιτο,  
διαδοχαῖς ἀμείβουσαι χερσῖν. Qui et ipse  
elisionem quodammodo habet. Nam  
διαδοχαῖς Atticis auribus idem fere sona-  
bat quod διάδοχαῖσ'. Quid igitur dice-  
mus? Cásune accidisse ut prius hemi-  
stichium toties in vocalem desineret quae  
elidi posset, alterum a vocali inciperet?  
Est quidem qui hoc dixerit, Hermannus  
scilicet Elem. Doctr. Metr. p. 117. Sed

vereor ne non satis considerate. Fue-  
runt qui legerent apud Sophoclem Aj.  
382. ἧ που πολὺν γέλων ὑφ' ἡδονῆς ἄγεις.  
Vulgatam γέλῳθ numerorum caussa prae-  
ferendum monui Mus. Crit. Cant. T. I.  
p. 359. 477. Aliter sentit Hermannus,  
cujus verba sunt: *Vulgatam numerorum  
caussa praeferendam esse, quod Elmsleius  
contendit, facilius, qui mirentur, quam qui  
credant, inventum iri puto.* Legant tamen  
quae Diarii Classici T. XVI. p. 428—432.  
de hac quaestione dixi ad Euripidis  
Suppl. 303. σφάλλει γὰρ ἐν τούτῳ μόνῳ,  
τᾶλλ' εὔφρονῶν.



215, 6. ὅστις, πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς, | στυγεῖ δεδορκῶς, οὐδὲν ἠδίκημένος.] Singulare ὅστις ad plurale βροτῶν refertur. Homerus II. Γ. 279. ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅτις κ' ἐπίορκον ὁμόσση. Eustathius ad haec verba praeter alia nostrum locum allegat. Verba ejus vide apud Brunckium ad Sophoclis Aj. 760. qui plura dedit ejusdem constructionis exempla. Nonnulla addidi ad Oed. T. 713. ὡς αὐτὸν ἤξει μοῖρα πρὸς παιδὸς θανεῖν, | ὅστις γένοιτ' ἐμοῦ τε κακείνου πάρα. Ubi scripturam valde speciosam παίδων exhibet cod. Aug. B.

*Ibid.* Eustathius ἐκμάθη. *Utraque lectio proba*, inquit Porsonus. *Saepe enim πρὶν cum subjunctivo jungunt Tragici, omisso ἂν, quod in sermone familiari semper requiritur.* Subjunctivum non usurpant tragici, nisi in priore membro, quod hic est ὅστις στυγεῖ δεδορκῶς, adsit negandi aut prohibendi significatio. Ita poster v. 270. οὐκ ἄπειμι πρὸς δόμους πάλιν, | πρὶν ἂν σε γαίας τερμόνων ἔξω βάλω. Ita etiam v. 662. Ἀσκοῦ με τὸν προύχοντα μὴ λῦσαι πόδα (jussit Apollo), | πρὶν ἂν πατρώαν αὐθις ἐστίαν μόλω. Idem de optativo statuendum est. Sophocles Phil. 551. ἔδοξέ μοι μὴ σῖγα, πρὶν φράσαιμί σοι, | τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι, προστυχόντι τῶν ἴσων. *Ibid.* 961. ὅλοιο μήπω, πρὶν μάθοιμ' εἰ καὶ πάλιν | γνώμην μετοίσεις. εἰ δὲ μὴ, θάνοις κακῶς. Adde ἴδοιμι Oed. T. 505. ἀνύσειε Trach. 695. Interdum abest particula negativa, ita tamen ut maneat sensus negativus. I. Sophocles Ant. 175. ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν | ψυχὴν τε καὶ φρόνημα καὶ γνώμην, πρὶν ἂν | ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβῆς φανῆ. Idem ac si dixisset οὐκ ἂν ἐκμάθοις, ut in Trach. 2. ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοις βροτῶν, πρὶν ἂν | θάνῃ

\* Aeschylus κορίση Prom. 165. ἔλη *ibid.* 166. χαλάση *ibid.* 176. ἐθειλήση *ibid.* 177. ἐκπίση *ibid.* 754. λυθῶ (modo ita legendum) *ibid.* 768. χαλασθῆ *ibid.* 990. φανῆ, θελήση τ' *ibid.* 1027. Sophocles περάση Oed. T. 1530. ἐνδείξω Oed. C. 48. στήσης *ibid.* 910. στήσω *ibid.* 1041. δηλώσῃ *Ant.* 309. προσψάυση \* *ibid.* 619. θάνῃ Trach. 3. εἴπῃ *ibid.* 415. δείξῃ *ibid.* 609. πάθη \* *ibid.* 948. δράσης et κερδάνης Aj. 107. θάνῃ *ibid.* 110. τύχη \* *ibid.* 742. ἐκβάλη \* *ibid.* 965. ἐξήκη \* Phil. 199. μάτω *ibid.* 332. μάθης \* *ibid.* 917. μόλης *ibid.* 1332. εἴπῃ *ibid.* 1410. Euripides ἴδω \* Or. 1357. μεθῆ \* Alc. 852. ἀφαγνίσσηται et μόλη *ibid.* 1149. ἴδῃ Andr. 101. δείξω Iph. A. 324. προσθῶ \* *ibid.* 540. λαβῆ Iph. T. 20. εἴπῃ *ibid.* 1302. θάνῃ Tro. 510. ἴδω et γεύσωμαι Cycl. 556. ἴδῃ Heracl. 866. ἴκηται et κάμψῃ El. 956. Aristophanes στῶ Ach. 175. ἀντεμπαγῶ *ibid.* 229. ἀκούσῃ *ibid.* 295. ἀκούσης Eq. 937. πτύξωμαι Nub. 266. εἴπῃ Vesp. 578. ἀκούσης *ibid.* 724. 915. ἰδίσης καὶ διαλύσης Pac. 84. ὑμεναιοῖ *ibid.* 1076. 1112. ἀποδοῶμαι Av. 586. διαδράμω *ibid.* 1409. ἐκτραχηλίση Lys. 706. ποιησώμεθα *ibid.* 1005. κωδωνίσω Ran. 79. ἀ-

ποφῆνω *ibid.* 869. ἀκούσης \* *ibid.* 1314. κοκκύσω *ibid.* 1427. ἐκπύθωμαι \* Eccl. 747. ἴδω *ibid.* 765. ἀπενέγκῃ *ibid.* 852. προκρούση *ibid.* 1009. φράσης Plut. 24. μάθης *ibid.* 477. Asteriscus significat ἂν abesse, quod in sermone familiari non licere monet Porsonus. Tria sunt Aristophanis loca, quae huic regulae adversari videantur. I. Ran. 1314. Μὴ, πρὶν γ' ἀκούσης χᾶτέραν στάσιν μελῶν. Reisi-gius p. 66. μὴ, πρὶν γ' ἂν ἀκούσης. In hoc metro raro ponitur anapaestus cujus prima syllaba sit ἂν. Nescio igitur an legendum πρὶν ἂν γ' ἀκούσης, ut μὴ, vel potius μὴ μὴ, extra versum sit. II. Eccl. 624. οὐκ ἔξεσται παρὰ τοῖσι καλοῖς καταδερθεῖν | ταῖσι γυναιξίν, πρὶν τοῖς αἰσχροῖς καὶ τοῖς μικροῖς χαρίσωνται. Recte Reisi-gius p. 65. χαρίσασθαι. III. *Ibid.* 747. πρὶν ἐκπύθωμαι πᾶν τὸ πρᾶγμ' ὅπως ἔχει. Hunc tragicum esse senarium suspicatur Reisi-gius. Equidem mahm πρὶν ἂν πύθωμαι. In Lys. 1005. recte ποιησώμεσθα reposuit Brunckius, sed non vidit superiore versu legendum esse πρὶν χ' ἅπαντες, id est, πρὶν κα ἅπαντες, Dorice pro πρὶν ἂν ἅπαντες.



τις, οὐτ' εἰ χρηστός, οὐτ' εἴτω κακός. Negativam particulam. in adjectivo ἀμήχανον includi, vix opus est ut moneam d. II. Euripides Or. 1218. φύλασσε δ' ἦν τις, πρὶν τελευτήθῃ φόνος, | ἢ ξυμμαχός τις, ἢ κασίγνητος πατρός, | ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῆ. Quasi praecedat φύλασσε μή τις, ut in Iph. A. 145. λεῦσσε, φυλάσσων μήτις σε λάθῃ | τροχάλοισιν ὄχοις παραμειψαμένη, | παῖδα κομίζουσ' ἐνθάδ', ἀπήνη | Δαναῶν πρὸς ναῦς. Xenophon H. G. V. 4, 28. τοῦ δ' ὄρθρου ἀναστάς, ἐφύλαττε μὴ λάθῃ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐξελθών. III. Heracl. 180. Τίς ἂν δίκην κρίνειεν, ἢ γνοίῃ λόγον, | πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ; Τίς hic valet οὐδείς. Haec igitur tria loca, et si qua alia his similia occurrunt, negativa sunt. Contra non desunt loca, quae re vera affirmativa sint, licet particulam negativam exhibeant. I. Euripides Andr. 1067. Οἴμοι, τόδ' ἤδη δεινόν. οὐχ ὅσον τάχος | χωρήσεται τις Πυθικὴν πρὸς ἐστίαν, | καὶ τὰνθάδ' ὄντα τοῖς ἐκεῖ λέξει φίλοις, | πρὶν παῖδ' Ἀχιλλέως κάτθανεῖν ἐχθρῶν ὑπο; Nemo nescit οὐ χωρήσεται τις cum interrogatione idem esse quod χωρήσάτω τις. Euripides Ion. 524. Οὐκ ἀπαλλάξει, πρὶν εἴσω τόξα πνευμόνων λαβεῖν; Incertus Rhcs. 684. Οὐκ ἐρεῖς ξύνθημα, λόγχην πρὶν διὰ στέρων μολεῖν; Aristophanes Ran. 480. ὦ καταγέλαστ', οὐκ οὖν ἀναστήσει τάχῃ, | πρὶν τινά σ' ἰδεῖν ἀλλότριον; II. Tragicus Rhcs. 222. οὐδ' ἀναιμάκτῳ χερσὶ | ἤξω πρὸς οἴκους, πρὶν φάος μολεῖν χθόνα. Nihil hic efficit οὐ, nisi quod tollit vim negativam adjectivi ἀναιμάκτῳ. Sensus est, *cruentis manibus domum ante lucem redibo*. Si legeretur μόλη, sensus esset, *incruentis manibus domum ante lucem non redibo*. Illud putantis est se rediturum, hoc nescientis utrum rediturus sit, necne. Minime autem praetermittendum est in hac disputatione, pro subjunctivo haud raro usurpari infinitivum, licet subjunctivus pro infinitivo nunquam, quod sciam, usurpetur. Noster v. 92. οὐδὲ παύσεται | χόλου (σάφ' οἶδα) πρὶν κατασκῆψαί τινα. Quem infinitivum nemo sollicitabit, qui sciat Aeschylum simili constructione dixisse θρασυνηθῆναι Suppl. 779. βαλεῖν Theb. 1056. ἐξαφρίζεσθαι Ag. 1076. Sophoclem κλύειν Trach. 197. εἰδέναι ibid. 632. ἰδεῖν Aj. 1419. Euripidem θέσθαι Herc. 605. προσιδεῖν Cresphonte fr. iv. 6. Aristophanem ἐπιστῆσαι (vulgo ἐπίστασθαι) Eccl. 585. ἀφικέσθαι ibid. 616. χαρίσασθαι ibid. 625. In hac enumeratione duo loca consulto omisi, quae digna sunt ut integra apponantur. Euripides Alc. 358. εἰ δ' Ὀρφέως μοι γλῶσσα καὶ μέλος παρῆν, | ὥστ' ἢ κόρην Δήμητρος ἢ κείνης πόσιν | ὕμνοισι κηλήσαντά, σ' ἐξ Αἴδου λαβεῖν, | κατηλθὼν ἂν. καί μ' οὐθ' ὁ Πλούτωνος κύων, | οὐθ' οὐπὶ κόπη ψυχοπομπὸς ἂν Χάρων | ἔσχον, πρὶν εἰς φῶς σὸν καταστῆσαι βίον. Incertus Rhcs. 59. εἰ γὰρ φαεννοὶ μὴ ξυνέσχον ἡλίου | λαμπτήρες, οὐκ ἂν ἔσχον εὐτυχοῦν δόρυ, | πρὶν ναῦς πυρῶσαι, καὶ διὰ σκηναῶν μολεῖν, | κτείνων Ἀχαιοὺς τῆδε πάλυφόνῳ χερσὶ.

<sup>d</sup> Idem dicendum esset, si δυσμήχανον scripsisset poeta. Sophocles Oed. T. 12. δυσάλγητος γὰρ ἂν | εἶην, σοιάνδε μὴ οὐ κατ-οικτεῖρων ἔδραν. Ubi δυσάλγητος pro οὐκ εὐάλγητος accipiendum esse ostendunt

particulae μὴ οὐ, quae nunquam ita collocantur nisi in sententiis negativis. Αἰσχρὸν pro οὐ καλὸν a Xenophonte dictum indicat Hermannus de Ellipsi et Pleonasmō p. 220.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





quod inter πάντα et γινώσκειν distinxit. An infinitivum γινώσκειν pro imperativo γινώσχετε dictum putavit? Vide ejus Gramm. Gr. §. 544. Vertit Heathius, *ille in quo bene cognoscendo summa rerum omnium mearum vertebatur.*

224. κάκιστος ἀνδρῶν ἐκβέβηχ' οὐ 'μὸς πόσις.] Ita aut non multo secus Rom. C. a corr. E. Lasc. ut Aldus. Rom. A. B. C. ante corr. D. ἐκβέβηκ' οὐμὸς πόσις. Vide ad v. 801. Erunt fortasse qui ex hac varietate legendum existiment ἐμὸς πόσις, cum articulus haud raro repugnante metro additus legatur. Apud Euripidem Phoen. 850. dedit Aldus, πρὸς πατέρα τὸν σὸν, ὡς τοῦμὸν κάμνει γόνυ. Ibid. 1083. recte Aldus, τέθνηκεν, ἢ ζῆ παῖς ἐμὸς; σήμαινέ μοι. Male Cant. M. apud Porsonum παῖς οὐμὸς. Sed in imparibus sedibus praestare videntur οὐμὸς, τοῦμὸν, οὐμοί, ceterique casus cum articulo. In quinta sede οὐμὸς aut οὐμοί habet Euripides Hec. 1229. Phoen. 35. Tro. 363. 932. 1240. Herc. 359. Exempla his contraria sunt Hec. 249. Τί δῆτ' ἔλεξας, δοῦλος ὦν ἐμὸς τόδε; Phoen. 485. ἀλλ' ἔχει | τυραννίδ' αὐτὸς, καὶ δόμων ἐμὸν μέρος. Hipp. 1169. ὦ θεοί, Πόσειδόν θ', ὡς ἄρ' ἦσθ' ἐμὸς πατήρ. Iph. T. 784. Ἄρτεμις ἔσωσέ μ', ἦν ἔθυσ' ἐμὸς πατήρ. Hel. 574. Ἦν σοι δίδωσι Τυνδάρεως, ἐμὸς πατήρ. El. 315. πρὸς δ' ἔδραισιν Ἀσιάδες | δμωαὶ στρατίζουσ', ἄς ἔπερσ' ἐμὸς πατήρ. Sed primo et tertio loco male adderetur articulus. Secundo ἐμὸν Grotio debetur. Aldus ἐμῶν, quod cum articulum salvo metro non admittat, extra controversiam positum est. Cetera non sollicito. Vide quae de quinta sede dixi ad v. 88. quaeque dicturus sum ad v. 941:

225—9. πάντων δ'—ἄλγιον κακόν.] Haec leguntur apud Stobaeum Tit. LXXIII. p. 432=309.

225, 6. πάντων δ' ὅσ' ἔστ' ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει, | γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτόν.] Porphyrius apud Eusebium Praep. Ev. p. 466. D. τοῦ δὲ Εὐριπίδου εἰπόντος, Γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτόν, Θεοδέκτης ἐν Ἀλκμαίωνί φησι Σαφῆς μὲν ἐν βροτοῖσιν ὑμνεῖται λόγος, | ὡς οὐδὲν ἐστὶν ἀθλιώτερον φυτόν | γυναικός. Hunc locum allegat Valckenarius ad Hipp. 630. ὁ δ' αὖ λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους φυτόν. Ab eodem citatur Alexis apud Athenaeum p. 123. F. εἴτ' οὐ περίεργόν ἐστιν ἄνθρωπος φυτόν;

226. Quod vulgo apud Euripidem legitur, γυναῖκες ἐσμὲν, exhibent etiam edd. Stobaei, necnon Stephaniana Eusebii. Vigorius vero γυναῖκές ἐσμὲν dedit.

227, 8. ἄς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῆ | πόσιν πρίασθαι,] Schol. Χρημάτων ὑπερβόλων.) χρημάτων λέγει τῶν εἰς τὴν φωνὴν (Barnesius recte φερνήν). τοῦτο δὲ ὁ Εὐριπίδης ἀπὸ τῆς κατ' αὐτὸν συνηθείας λέγει. οἱ δὲ ἥρωες οὐχ οὕτως ἐποίουν τοὺς γάμους, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναντίων αὐτοὶ ἐδίδουσαν. καθάπερ καὶ αὐτὸς ἐν ἄλλοις παρίστησι. καὶ Ὅμηρος (Il. A. 244.)· πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλια. ἔστι δὲ ἀναχρονισμός. οἱ γὰρ ἥρωες τὸ ἐναντίον παρῆχον. Ab eodem errore argumentum ducit noster Hipp. 627. τούτῳ δὲ δῆλον ὡς γυνὴ κακὸν μέγα. | προσθεῖς γὰρ ὁ σπείρας τε κάκθρέψας πατήρ | φερνάς, ἀπωκισ', ὡς ἀπαλλαχθῆ κακοῦ.



228, 9. δεσπότην τε σώματος | λαβεῖν.] Ita Stobaei ed. Gesneriana. Sed Trincavellus δεσπότην δὲ habet, δὲ scilicet natum e μὲν superiore versu.

229. κακοῦ γὰρ τοῦδ' ἔτ' ἄλγιον κακόν.] Rom. A. D. Par. A. τοῦτ' ἄλγιον κακόν. Rom. B. τοῦτο δ' ἄλγιον κακόν. Rom. C. Lasc. A. τοῦδε τ' ἄλγιον κακόν. Rom. E. Par. B. D. Stobaeus, τοῦτό γ' ἄλγιον κακόν, quod admisit Musgravius. Recte Brunckius, κακοῦ γὰρ τοῦτ' ἔτ' ἄλγιον κακόν. Matthiae Aldinam revocavit, quam habet etiam Lasc. B. Aeschylus Prom. 933. Ἄλλ' ἄθλον ἄν σοι τοῦδέ γ' ἀλγίω πόροι. Malim τοῦδ' ἔτ' ἀλγίω.

230, 1. κὰν τῶδ' ἀγὼν μέγιστος, ἢ κακόν λαβεῖν | ἢ χρηστόν.] Rom. C. Lasc. B. λαβεῖν. Rom. A. B. D. E. Lasc. A. λάβη. In Rom. A. supra scriptum γρ. λαβεῖν, in B. εἶν.

235. ὅτῳ μάλιστα χρήσεται ξυνευνέτη.] Quatuor Romani ὅτῳ, D. οὔτῳ. Musgravius conjicit οἶῳ. Non male, ait Porsonus, sed nihil opus.

Ibid. Rom. C. ξυνευνέτη. Rom. A. B. E. Lasc. συνευνέτη. Rom. D. συνευνέτης.

236, 7. κὰν μὲν τάδ' ἡμῖν ἐκπονουμενάισιν εὖ | πόσις ξυνοικῆ,] Lasc. κὰν sine accentu, quod recte legitur paullo ante v. 230.

237. Rom. C. ξυνοικῆ. Rom. A. B. D. E. ξυνοικεῖ. In A. B. supra scriptum ἦ. Ceterum ordo est, κὰν μὲν πόσις εὖ ξυνοικῆ ἡμῖν ἐκπονουμενάις τάδε.

240—276. ἔξω μολῶν—ἀποστέλλεις Κρέον;] Haec desunt in Rom. E. e quo unum folium evulsum est.

240. ἔξω μολῶν ἔπαυσε καρδίας χόλον,] Haec scriptura, quae in nullo scripto codice adhuc reperta est, orta videtur e v. 576. ἦτις οὐδὲ νῦν | τολμᾶς μεθεῖναι καρδίας μέγαν χόλον. Rom. A. B. Par. E. καρδίαν ἄτης. Rom. C. καρδίαν ἄσσης, cum gl. λύπης, βλάβης. Lasc. Par. omnes praeter E. Cott. Eustathius p. 635, 14. καρδίαν ἄσσης, quod admisit Musgravius. Sed Rom. D. καρδίας ἄσσην, consentiente Olympiodoro apud Ruhnkenium ad Timaeum p. 247. Cujus verba sunt: Τοιαῦτα δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ὑπομενητικαὶ, οὐ γὰρ ἄνδρες. διὸ καὶ εἴρηται περὶ αὐτῶν. Ἐξω μολῶν ἔπαυσε καρδίας ἄσσην. Hanc lectionem, cui propior est. Aldina καρδίας χόλον, ei quam admiserat Musgravius praetulit Porsonus. Difficile est eligere. Cum Porsoni scriptura comparari potest quod legitur supra v. 192. στυγίους δὲ βροτῶν οὐδεὶς λύπας | εὔρετο μούση καὶ πολυχόρδοις | ὠδαῖς παύειν. Pro altera lectione facere videntur poëtae verba Bacch. 279. βότρυος ὑγρὸν πῶμ' εὔρε, κείση νέγκατο | θνητοῖς, ὃ παύει τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς | λύπης, ὅτ' ἂν πλησθῶσιν ἀμπέλου ῥοῆς. Hesychius etiam ad hanc scripturam respicere videtur. Verba ejus sunt: Ἄσσης. λύπης. Codices quoque fere omnes καρδίαν ἄσσης agnoscunt. Nam ἄτης et ἄσσης solennia sunt menda pro ἄσσης. Hoc igitur meo iudicio recte revocavit Matthiae. De voce ἄση copiose dixit Piersonus ad Moeridis verba p. 59. Ἄση, Ἀττικῶς: ἀηδία, Ἑλληνικῶς. Apud Atticos poëtas rarius legitur. Aeschylus Ag. 134. οἶον μήτις



ἄσα θεόθεν κνεφά|ση προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας. Ibid. 739. μηλο-  
φόνοισιν ἄσαισιν | δαῖτ' ἀκέλευστος ἔτευξεν. Ita metri caussa pro  
ἄτα et ἄταισιν legendum viderunt viri docti. Simile vitium a  
Bentleio correctum vide apud Archilochum Fr. xxx. Gaisford. e  
In his eo facilius fuit error, quod ἄση pro βλάβη dicitur. Nostro  
loco potius λύπη significat. Uterque sensus convenit Sapphus  
verbis, μή μ' ἄσαισι μηδ' ἀνίαισι δάμνα, | πότνια, θυμόν.

241. ἡ πρὸς φίλων τίν', ἡ πρὸς ἡλικὰ τραπεῖς.] Rom. A. B. C. D.  
Lasc. Par. A. φίλον τίν', quod admisit Brunckius: Ita noster  
Andr. 1179. ὦ σχέτλι' ἔργα παθῶν ἐγὼ, εἰς τίνα | δὴ φίλον αὐγὰς  
βάλλων τέρψομαι; Revocavi φίλων, propterea quod tragici liben-  
tius usurpant φίλων τις, ἐχθρῶν τις, θεῶν τις, ἀνθρώπων τις et similia,  
quam φίλος τις, ἐχθρὸς τις, θεός τις, ἀνθρωπός τις. Θεῶν habet Sophocles  
Oed. T. 42. 396. Ant. 598. Trach. 119. Aj. 453. 1057. Phil. 196.  
El. 696. Idem Aj. 998. ὄξεια γὰρ σου βάξεις, ὡς θεοῦ τινος, | διῆλθ'  
Ἀχαιοὺς πάντα, ὡς οἴχει θανάων ἱ.

Ibid. Porsonus ex conjectura ἡλικας. Quae scriptura senten-  
tiae quidem prodest, metro vero necessaria est, modo vera sint  
quae dixit Porsonus ad Or. 64. Sed ubi verbum in brevem vo-  
calem desinit, eamque duae consonantes excipiunt, quae brevem  
manere patiantur, vix credo exempla indubiae fidei inveniri posse,  
in quibus syllaba ista producat. Matthiae tamen ἡλικα revo-  
cavit. Idem edidit Suppl. 149. Ὁ δ' Οἰδίπου τίνι τρόπῳ Θήβας  
λιπῶν. Quod ex sua aliorumque conjectura admiserat Her-  
mannus, παῖς post Οἰδίπου, in imam paginam relegavit Matthiae.  
Euripides Iph. A. 635. Ἐγὼ δὲ βούλομαι τὰ σὰ στέρν', ὦ πάτερ, |  
ὑποδραμοῦσα προσβαλεῖν διὰ χρόνου. | ποθῶ γὰρ ὄμμα δὴ σόν. ὀργισθῆς δὲ  
μή. Hos tres versus spurios pronuntiavit Porsonus. Matthiae  
vero solum tertium uncis inclusit. Constat igitur ejus senten-  
tiam esse, syllabam brevem in fine vocis produci posse ante τρ,  
χρ et similia. Edidit tamen Or. 52. παρθένον, ἐμῇ τὲ μητρὶ παρέ-  
δωκεν τρέφειν. Ex sola Porsoni conjectura admissum est παρέδω-  
κεν. Aut hic παρέδωκε, aut in Medea ἡλικας scribendum erat.

242. ἡμῖν δ' ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν.] Antipater apud  
Stobaeum Tit. LXVII. p. 417. a Porsono allegatus: αἱ μὲν  
γὰρ ἄλλαι κοινωνίαι καὶ ἑτέρας τινὰς ἀποστροφὰς ἔχουσι ταύτας δ' ἀνάγ-  
κη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν, τὴν τοῦ ἀνδρός.:

243, 4, 5. λέγουσι δ' ἡμᾶς, ὡς ἀκίνδυνον βίον | ζῶμεν κατ' οἴκους,  
οἱ δὲ μάρνανται δορί. | κακῶς φρονοῦντες.] Euripides Heracl. 55.  
Ἦπου καθῆσθαι τήνδ' ἔδραν καλὴν δοκεῖς, | πόλιν τ' ἀφίχθαι ξύμμαχον,  
κακῶς φρονῶν. Eodem sensu κεινᾶ δόξα dixit noster Iph. T. 419.

• Sophocles Ant. 17. οὐτ' εὐτυχοῦσα.  
μᾶλλον, οὐτ' ἀταιμένη. Hesychius: Ἀτω-  
μένη. βλαπτομένη, στερισκομένη. Idem:  
Ἀσωμένη. λυπουμένη. Si utraque glossa  
ad eundem locum spectat, vetus est con-  
fusio verborum ἀτᾶσθαι et ἀσᾶσθαι.

† Conjecturam meam, ὡς θεῶν τινος,  
Mus. Crit. Cant. T. I. p. 368. proposi-

tam, falsam esse contendit Hermannus,  
cujus argumentis paene persuasus sum.  
Euripides Bacch. 26. ἐπεὶ μ' ἀδελφαίμητρος,  
ἄς ἠκιστ' ἐχρῆν, | Διόνυσον οὐκ ἔφασκον ἐκ-  
φῶναι Διός, | Σεμέλην δὲ νυμφευθεῖσαν ἐκ  
θνητοῦ τινος, | εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἀμαρ-  
τίαν λέχους. Hic etiam fortasse praestat  
θνητοῦ τινος.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



Ita fere v. 429. σοὶ δ' οὔτε πατρὸς δόμοι, | δύστανε, μεθορμίσασθαι | μάχθων πάρα. Id est, σοὶ οὔτε πατρὸς δόμοι πάρεισιν, ὥστε μεθορμίσασθαι ἐκ τῶν μάχθων. Huc respicere videtur Hesychius: Μεθορμίσασθαι. μεταγαγέσθαι. Idem: Μεθορμίζεται. μετάγεται ἀπὸ ὄρμου εἰς ὄρμον.

254. τοσοῦτον οὖν σου τυγχάνειν βουλήσομαι,] Sic Rom. C. Sed Rom. A. D. τοσοῦτον δὲ σοῦ. Rom. B. τοσοῦτο δ' ἐκ σοῦ. Τοσοῦτο veteribus Atticis abjudicavi ad Sophoclis Oed. T. 734. Si Euripidis Medea in solo Rom. B. exstaret, quis τοσοῦτον οὖν σου pro τοσοῦτο δ' ἐκ σοῦ reponere auderet?

256. πόσιν δίκη τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν,] Sic Rom. A. B. C. Sed δίκην, quod reponendum conieceram, habet Rom. D. Ita noster infra v. 1283. τὴν δὲ τίσωμαι δίκην (male Reiskius δίκη): Heracl. 851. ἠράσαθ' Ἡβη Ζηνί θ' ἡμέραν μίαν | νέος γενέσθαι, κάποτίσασθαι δίκην | ἐχθρούς. Ibid. 881. παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ οὐ σοφὸν τόδε, | ἐχθρούς λαβόντα μὴ ἀποτίσασθαι δίκην. Plura exempla dedi ad Heracl. 852. Accusativum in hujusmodi locis nullo pacto cum Graecae linguae legibus conciliari posse contendit Hermannus Observationibus Criticis in Aeschylum et Sophoclem p. 64. Quod moneo, non ut summo viro veteres errores suos exprobrem, sed ut ostendam, quam facile librariis fraudi esse potuerit haec constructio. Nihil annotavit Hermannus ad Herc. 168. οὐκ οὖν, τραφέντων τῶνδε, τιμωρούς ἐμούς | χρήζω λιπέσθαι τῶν δεδραμένων δίκην. Id est, τοὺς ἐμὲ τισομένους δίκην τῶν δεδραμένων. Verbale casum verbi sui regit.

257. τὸν δόντα τ' αὐτῷ θυγατέρ', ἣν τ' ἐγήματο,] Rom. C. τὸν δόντα γ'. Deinde Rom. A. B. C. D. Eustathius p. 694. 24. ἣν τ' ἐγήματο. Lasc. ἣν τ' ἐγείματο. Vertunt, et eam quam dixit. Quo sensu ἣν τ' ἐγήμεν dicturum fuisse poëtam nemo nescit. Dixit quidem grammaticus apud Bekkerum Anect. Gr. p. 86. Γαμῶ ἢ γυνὴ λέγει, οὐ γαμοῦμαι. Ἀντιφάνης Ἀσώτοις. ἐγημάμην ὁ ἀνὴρ λέγει ἀντὶ τοῦ ἐγῆμα. Sed eodem jure afferri possent Martialis verba, uxori nubere nolo meae, contra eos qui nubere de viro non usurpari docent. Quo sensu γαμεῖσθαι de viro dicatur, intelligi potest ex Anacreontis verbis apud Ammonium v. Γῆμαι: καὶ θαλάμοις, ἐν ᾧ κείνος οὐκ ἐγήμεν ἀλλ' ἐγήματο. Deinde, ut recte monet Porsonus, Graece non dicitur γαμεῖσθαί τινα, sed γαμεῖσθαί τινι. Vulgata igitur duplici vitio laborat. Reposui ἣ τ' ἐγήματο, eo, opinor, non invito, licet vulgatam in textu retinuerit. Constructio ut v. 502. πτωχοὺς ἀλάσθαι παῖδας, ἣ τ' ἔσωσά σε, ubi ἣ τε significat ἐκείνην τε ἣ.

258—61. γυνὴ γὰρ—μιαιφονωτέρα.] Haec leguntur apud Stobaeum Tit. LXXIII. p. 431—308. Primi duo versus etiam apud scholiasten ad Sophoclis Ant. 61.

Ita vulgo apud Aelianum de Nat. Anim. VII. 39. Pro ἵνα forte κῦμα, inquit Musgravius. Lego: ἦλθεν δ' | ἐπὶ χρυσόκερω ἔλαφον, μεγάλων | ἄλλων κίνδυνον ὑποστάς,]

βάς κατ' ἐναύλους ὀρέων ἀβάτους, | ἐπὶ λειμῶνας, ποιμένι ἄλση σ'. Dicitur κίνδυνον ὑποστάς ut ὑποστῆναι πόνον Suppl. 189. 345.



258. γυνή γὰρ τᾶλλα μὲν φόβου πλέα,] Stobaeus in ed. Trincav. γυνή γὰρ ἐστὶ τ' ἄλλα μὲν φόβου πλέα. Idem in ed. Gesn. γυνή γὰρ ἐστὶ τᾶλλα μὲν φόβου πλέα. Schol. ad Sophoclis Ant. γυνή γὰρ τᾶλλα φόβου πλέα. Lasc. τᾶλλα, de quo alias. Rom. A. B. C. D. Lasc. Put. Burn. etiam φόβου, quod habent edd. omnes jam inde ab Hervagiana secunda. Aeschylus Prom. 695. Πρὸ γε στενάζεις, καὶ φόβου πλέα τις εἶ. De hac varietate vide Porsonum ad Hec. 241.

259. κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν, καὶ σίδηρον εἰσορᾶν.] Omnes libri, ni fallor, κακὴ (vel κακὴ) δ' ἐς ἀλκὴν, consentiente Stobaeo, necnon scholiastis ad hunc locum et ad Sophoclis Antigona. Brunckius κακὴ τ' ἐς ἀλκὴν ex conjectura Tyrwhitti, quam probarat etiam Musgravius. Ego vero vulgatam revocavi. Duplex oppositio est; prima inter τᾶλλα μὲν—et ὅτ' ἂν δ' ἐς εὐνήν—; altera inter φόβου et ἀλκὴν. Nam verba κακὴ ἐς ἀλκὴν idem valent quod ἀλκῆς κενή. In tali constructione recte dicitur δέ. Sophocles El. 1405. ἰὼ στέγαι | φίλων ἔρημοι, τῶν δ' ἀπολλύντων πλέα<sup>h</sup>.

260. ὅταν δ' ἐς εὐνήν ἠδίκημένη κυρῆ.] Lasc. εἰς εὐνήν. Simili vitio εἰς ἀλκὴν v. 259. Stobaei ed. Trincavelliana.

262, 3. Δράσω τὰδ'.. ἐνδίκως γὰρ ἐκτίση πόσιν, | Μήδεια.] Rom. C. D. δράσω. Rom. A. B. Par. A. Mag. Cott. δρᾶσον. Lasc. δράσον, ut jam monui ad v. 1. In Rom. A. supra scriptum δράσω. Noster supra v. 181. Δράσω τὰδ'. ἀτὰρ φόβος εἰ πείσω. Sic etiam v. 897. 987.

263. πενθεῖν δ' οὐ σε θαυμάζω τύχας.] Rom. D. Lasc. θαυμάσω. Schol. Πενθεῖν δ' οὐ σε θαυμάζω.) οὐ θαυμάσω σὲ ἐπὶ τῷ πενθεῖν τὰς τύχας. δικαίως γὰρ πενθεῖς. Futurum est θαυμάσομαι. Aeschylus Prom. 475. Τὰ λοιπά μου κλύουσα, θαυμάσει πλέον. Sic etiam Euripides Alc. 155. Iph. T. 1318.

266, 7. Σὲ τὴν σκύθραπον καὶ πόσει θυμουμένην | Μήδειαν εἶπον τῆσδε γῆς ἔξω περᾶν] Εἶπον pro λέγω. Noster Suppl. 1170. παισὶν θ' ὑπέειπον τοῖσδε τοὺς αὐτοὺς λόγους. Ubi consulendus Marklandus. Videantur etiam Hermannus ad Vigerum n. 162. Matthiae Gramm. Gr. §. 506. Hoc εἶπον a λέγω diversum esse statuit Hermannus. *Edictum volo* reddit, vereor ne nimis subtiliter<sup>i</sup>. Ceterum εἶπον pro futuro ἐρῶ usurpat Aristophanes Eccl. 254. ΓΥ. Τί δ' ἦν Νεοκλείδης ὁ γλάμων σε λοιδορῆ; | ΠΡ. Τούτω μὲν εἶπον εἰς κυνὸς πυγὴν ὄρᾶν. Ex alterius codicis scriptura τούτω μὲν εἶποιμ', male Brunckius τούτω μὲν ἂν εἶποιμ'.

268. φυγάδα, λαβοῦσαν δισσὰ σὺν σαυτῇ τέκνα.] Rom. A. ante corr. λαβοῦσα δισσά. Rom. A. a corr. B. D. λαβοῦσαν δισσά. Rom. C. λαβοῦσαν ομῖσσο δισσά.

<sup>h</sup> Ita scribo pro πλέαι, quod analogiae repugnat. A masculino πλέω derivatur femininum πλέα. Non mirum hac neglexisse librarios, qui passim pro πλέων scripserint πλέον.

<sup>i</sup> Euripides Ion. 330. ΚΡ. Φειῦ. πέπονθέ τις σῆ μητρὶ ταύτ' ἄλλη γυνή. | ΙΩ. Τίς,

εἶπον. εἴ μοι ξυλλάβοι, χαίρομεν ἂν. Εἶπον pro imperativo accipiunt interpretes, qui Atticis est εἶπέ. Si sana est vulgata scriptura, Anglice vertenda, *Who, I say*. Sed malim, Τίς, εἶπέ. καὶ μοι ξυλλάβοι, χαίρομεν ἂν. Ita noster Suppl. 143. Τίς καὶ τίς, εἶπέ. δύο γὰρ ἔξαιδᾶς ἄμα.



268. Rom. A. ante corr. C. D. σὺν αὐτῇ. Rom. A. a corr. Lasc. σὺν αὐτῇ. Schol. Δισσὰ σὺν αὐτῇ τέκνα.) Παρμενίσκος γράφει κατὰ λέξιν οὕτως. &c.

272. Αἱ αἱ, πανώλης ἢ τάλαιν' ἀπόλλυμαι.] Hic etiam Lasc. αἱ. αἱ. Ita quoque v. 975. 975. 1100. Sed v. 1366. recte αἱ αἱ.

273. ἐχθροὶ γὰρ ἐξίασι πάντα δὴ κάλων,] Pseudogregorius v. 474. ἐξίασι. Rom. A. B. C. D. Lasc. Mag. Schol. ἐξιάσι, quod a Barnesio admissum, a Musgravio vero neglectum, iterum admisit Matthiae. Aliud est ἐξίασι ab ἔξειμι, aliud ἐξιάσι ab ἐξίημι. Omnes edd. ἀφιάσιν Suppl. 242. ἀφιάσιν aut ἀφιάσ' Herc. 629. Scholiastae verba sunt: 'Εχθροὶ γὰρ ἐξιάσι,) οἱ ἐχθροὶ οὐριοδρομοῦσι καθ' ἡμῶν, καὶ ὄρμηται πάντα τρόπον πρὸς ἡμᾶς. ἀπὸ μεταφορῶς τῶν οὐριοδρομούντων καὶ χαλάντων πρὸς τὸ πνεῦμα τοῦ ἀρτεμῶνος (Barnesius τοὺς ἀρτεμόνας). Aristophanes Eq. 753. Nῦν δεῖ σε πάντα δὴ κάλων ἐξίεναι σεαυτοῦ. *Fiebat hoc vento duntaxat secundo*, ait Musgravius. Contrarium est apud Sophoclem El. 335. νῦν δ' ἐν κακοῖς μοι πλεῖν ὑφειμένη δοκεῖ. Dixit etiam noster Herc. 837. ἔλαυνε, κίνει, φόνιον ἐξίει κάλω. Tro. 94. ὅτ' ἂν στράτευμ' Ἀργεῖον ἐξίη κάλω.

274. οὐκ ἔστιν ἄτης εὐπρόσοιστος ἔκβασις.] Schol. Εὐπρόσοιστος.) εὐεπιβούλευτος, καὶ ῥαδία πρὸς τὸ διαφυγεῖν αὐτήν. Imo, πρὸς τὸ διαφυγεῖν ἄτην. Quid vero pro εὐεπιβούλευτος legendum sit, non video. Exstant apud tragicos ἀπρόσοιστος, δυσπρόσοιστος, εὐπρόσοιστος, singula apud singulos. Aesch. Pers. 91. ἀπρόσοιστος γὰρ ὁ Περσῶν στρατὸς, ἀλκίφρων δὲ λαός. Sophocles Oed. C. 1276. πειράσατ' ἀλλ' ὑμεῖς γε κινῆσαι πατρός | τὸ δυσπρόσοιστον ἀπρόσήγορον στόμα. Apud Aeschylum ἀπρόσοιτον, apud Sophoclem δυσπρόσοιτον ex interpretatione in nonnullis libris legitur. Apud Euripidem Pseudogregorius v. 475. εὐπρόσοιτος, sed Rom. omnes, ni fallor, εὐπρόσοιστος. Derivatur a προσφέρειν, quod saepe significat προσιέναι. Hinc etiam adjectivum ἀπρόσφορος, inaccessus, apud Euripidem Iph. A. 287.

275. ἐρήσομαι δὲ, καὶ κακῶς πάσχουσ' ὅμως,] Rom. A. B. C. ἐρήσομαι. Rom. D. Lasc. Par. A. εἰρήσομαι. Multae edd. apud Sophoclem Oed. T. 1166. Ὀλῳλας, εἴ σε ταῦτ' εἰρήσομαι πάλιν. Cujus scripturae auctor fuit H. Stephanus. Futurum ἐρήσομαι existat apud nostrum Hec. 988. Or. 506. Suppl. 751. 846. Tro. 945.

*Ibid.* Solus, ut videtur, Par. A. καὶ κακῶς λέγουσ' ὅμως. In alio forte codice πράσσουσ' reperietur, ait Brunckius. Ipse conjicit, καὶ ξένη περ οὐσ' ὅμως. Vulgatam probat Wyttēbachius Bibl. Crit. P. V. p. 55. *Qui adversa fortuna utuntur*, ait Porsōnius, eos, quorum in potestate sunt, non audent libere alloqui. Comparat Hecubae verba ad Ulyssem Hec. 235. εἰ δ' ἔστι τοῖς δούλοισι τοὺς ἐλευθέρους | μὴ λυπρὰ μηδὲ καρδίας δηκτῆρια | ἐξιστορῆσαι, σοὶ μὲν εἰρήσθαι χρεῶν, | ἡμᾶς δ' ἀκοῦσαι τοὺς ἐρωτῶντας τάδε.

276. τίνος μ' ἑκατι γῆς ἀποστέλλεις, Κρέον.] Rom. C. D. γῆς ἀποστέλλεις. Rom. A. τῆσδε γῆς ἀποστέλλεις. Hesychius: Ἀποστέλλεις. ἀπείργεις, κωλύεις. Εὐριπίδης Μηδεία. Imo, ἀποπέμπεις. Vide v. 904. Rom. B. τῆσδε γῆς στέλλεις. Librarius scilicet, cum in





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





279. Συμβάλλεται δὲ πολλὰ τοῦδε δείματος.] Omnes Rom. Lasc. συμβάλλεται. Vide ad v. 2. Hesychius: Συμβάλλεται. λέγεται. Scribendum videtur: Συμβάλλεται. συλλέγεται. Sensus verborum Συμβάλλεται πολλὰ τοῦδε δείματος inagis perspicuus est quam constructio. Musgravius τοῦδε δείματος pro εἰς τόδε δείμα dictum monet. Fortasse explicandum, πολλὰ σύμβολα (id est, τεκμήρια, σημεῖα) ἔχεις τοῦ δεινῆ εἶναι. Sophocles Phil. 404. Ἔχοντες, ὡς ἔοικε, σύμβολον σαφὲς | λύπης πρὸς ἡμᾶς, ὧ ξένοι, πεπλεύκατε. De voce σύμβολον vide ad v. 600.

282. κλύω δ' ἀπειλεῖν, ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι,] Rom. A. B. C. Par. A. κλύω δ' ἀπειλεῖν. Rom. E. Lasc. Par. B. D. Cott. κλύω δ' ἀπειλεῖς. Rom. D. κλύω δ' ἀπειλῆς. Flor. κλύω δ' ἀπειλαῖς. Recte Mag. κλύω δ' ἀπειλεῖν σ'. Quam scripturam conjectura assecutus est Tyrwhittus, admisit Musgravius. Brunckius vero κλύω corruptum pronunciat, quippe in quo ineptissima ταυτολογία sit, κλύω, ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι. Edidit igitur ex ingenio χόλω δ' ἀπειλεῖς. Musgravii scripturam revocavit Beckius. Tautologiam defendit Porsonus ex Hel. 1056. βούλει λέγεσθαι, μὴ θανῶν, λόγῳ θανεῖν; Quam scripturam a Reiskio Musgravioque temere sollicitatam, a Brunckio vero ad Sophoclis El. 61. sine suspitione laudatam monet.

*Ibid.* Rom. B. ἀπαγγέλλουσί μοι. Rom. A. C. D. E. Lasc. ἀπαγγέλουσί μοι. In Rom. C. alterum a subscriptum. Vide ad v. 27.

285, 6. κρεῖσσον—στένειν.] Hoc distichon habet Plutarchus de Sanitate Tuenda p. 124. B de Vitioso Pudore p. 530. B.

285. κρεῖσσον δέ μοι νῦν πρὸς σ' ἀπέχθεσθαι, γύναι,] Rom. A. C. a corr. edd. πρὸς σ'. Rom. B. C. ante corr. πρό σ'. In B. alterum σ supra scriptum.

*Ibid.* Plutarchus p. 124. ἀπεχθεῖσθαι. Idem p. 530. ἀπέχθεσθαι, ut vulgo apud Euripideum. Constat scribendum ἀπεχθέσθαι. Praesens est ἀπεχθάνομαι, ut αισθάνομαι et πυνθάνομαι, aoristus ἀπεχθόμην, ut ἡσθόμην et ἐπυθόμην<sup>1</sup>.

286. ἢ μαλθακισθένθ' ὕστερον μέγα στένειν.] Lasc. στένειν. Vide quid faciat unius literulae mutatio, inquit Porsonus. Quid faciat unius literulae omissio, vide ad v. 184.

287. φεῦ φεῦ.] Lasc. φσῦ. φεῦ. Sic cod. Flor. συγχέουσ' pro συγχέουσ' 776.

287, 8. οὐ νῦν με—κακά.] Haec leguntur apud Stobaeum Tit. XXXVI. p. 217=142.

287. οὐ νῦν με πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις, Κρέον,] Lasc. Κρέων. Quod recipiendum esset, ait Porsonus, si plane constaret, longam syllabam Tragicos, cum possent, semper in fine senarii ponere. Ea sententia si vera est, scribendum ἀλγηδόσιν v. 24. ἠνάγκασεν

<sup>1</sup> Olim legebatur ἀπέχθομαι apud Euripidem Hipp. 1260. ubi rectius nunc legitur ἐπάχθομαι. Cum vero hoc compositum exemplo carere videatur, et in cod. Flor. legatur ἀπάχθομαι, suspicor

Euripidem scripsisse, οὐθ' ἠδομαι τοῖσδ', οὐτ' ἄρ' ἀχθομαι κακοῖς. Sophocles Phil. 345. λέγοντες, εἴτ' ἀληθές, εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην.



v. 517. δώμασιν v. 584. ἀπώλεσεν v. 1177. ὀνειδέσιν v. 1311. Sed Κρέων non videtur de industria esse. Idem enim liber Κρέων ante vocalem habet v. 301. 330. ante consonam v. 276. Apud Sophoclem Oed. T. 637. Κρέων edd. pleraeque. Nonnullae etiam v. 1459. Utrobique ante consonam.

288. ἔβλαψε δόξα, μεγάλα τ' εἴργασται κακά.] Stobaeus ἔβλαψε γλῶσσα. Male quod ad sensum attinet, ait Porsonus, neque metro convenienter. Dixit quidem Aeschylus Ag. 1638. Ὀρφεῖ δὲ γλῶσσαν τὴν ἐναντίαν ἔχεις. Idem apud Photium v. Ὀκτώπουν: κέντημα γλώσσης, σκορπίου βέλος λέγω. Nec mirum, qui dixerit Suppl. 768. εἶναι. βύβλου δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ στάχυν. Sophocles etiam in initio senarii παίδων δὲ βλαστὰς Oed. T. 717. πασῶν ἔβλαστε El. 400. aliaque ejusdem licentiae exempla exhibit. Euripides autem ne in melicis quidem talia habet, nisi semel atque iterum, auctore Porsono ad Hec. 298. Quod infra v. 1223. ἔβλασταν primam corripit, choricæ licentiae concedendum censet Porsonus. Corruptum judicat quod legitur El. 1013. καίτοι δόξ' ὅτ' ἂν λάβῃ κακὴ | γυναῖκα, γλώσση πικρότης ἔνεστί τις. Defendit hanc scripturam Seidlerus exemplis ex Aeschylō et Sophocle petitis. Fortasse scripsit Euripides: καίτοι δόξ' ὅτ' ἂν λάβῃ κακὴ, | γλώσση γυναικὸς (vel γυναικῶν) πικρότης ἔνεστί τις.

289—92. χρὴ δ' οὐποθ' — δυσμενῆ.] Hos quatuor versus allegat Aristoteles de Rhetorica II. 21. p. 571. B.

289. χρὴ δ' οὐποθ', ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ,] Hesychius: Ἄρτίφρων. ὑγιῆς τὴν φρένα, σώφρων, συνετός. Idem: Ἄρτίφροσιν. ὑγιεῖς ἔχουσι τὰς φρένας. ἄρτιον γὰρ τὸ ἀνελλιπές, διὸ καὶ ὑγιεῖς. Haud aliter vocem explicat noster Tro. 417. οὐ γὰρ ἀρτίας ἔχεις φρένας. Exstat apud Homerum Od. Ω. 260. Aeschylum Theb. 784. Euripidem Iph. A. 876. Vide ad ἀρτίδακρυς v. 873.

290. παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεισθαι σοφούς.] Ἐκδιδάσκεισθαι proprio mediū verbi sensu usurpatur. Magister puerum διδάσκει, pater, qui ad magistrum discendi causa mittit, διδάσκεται. Sed haec aliquando a poëtis confunduntur. Ita Porsonus. De medio sensu consulendus Matthiae Gramm. Gr. §. 492. c. Mediam formam activa significatione usurpat Simonides apud Gaisfordium n. liv. p. 377. τοσσάκι δ' ἡμερόεντα διδάξαμενος χορὸν ἀνδρῶν, | εὐδόξου νίκας ἀγλαὸν ἄρμ' ἐπέβας. Atticus dixisset διδάξας, ni fallor. Dicit quidem Socrates apud Aristophanem Nub. 781. Ὑθλεῖς. ἀπερρ'. οὐκ ἂν διδάξαίμην σ' ἔτι. Sed parum dubito scribendum esse οὐκ ἂν διδάξαιμ' ἂν σ' ἔτι. Ibid. 127. legitur διδάξομαι passivo sensu pro μαθήσομαι, ut apud Theognidem v. 35. Euripidem Hel. 1442. De constructione διδάσκειν σοφούς vide ad Heracl. 575. Exempla suppeditat Matthiae Gramm. Gr. §. 414. 3.

291. χωρὶς γὰρ ἄλλης ἧς ἔχουσιν ἀργίας,] Longe insolentius ἧς ἔχουσιν hoc verborum ordine, quam si scripsisset, χωρὶς γὰρ ἄλλης ἀργίας, ἧς ἔχουσιν. Dixit tamen Sophocles El. 763. μέγιστα πάντων ὧν ὅπωπ' ἐγὼ κακῶν. Aliter noster Heracl. 152. μόνον



τοσαύτης, ἣν ἐπῆλθον, Ἑλλάδος. Quam scripturam hodie aut non omnino, aut aliquanto timidius sollicitarem.

*Ibid.* Praeter scholiasten, nihil de hoc loco dixerunt interpretes ante Brunckium, qui primus vulgatae scripturae litem movit. Membranae pro ἄλλης habent ἀλκῆς. Hinc Brunckius: χωρὶς γὰρ ἀλκῆς (ὄντες), ἧς ἔχουσιν ἀργίας | φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ. Χωρὶς εἶναι ἀλκῆς dicuntur, ait, quia a bello et forensibus contentionibus abstinent. Hanc rationem iure improbat Wyttenbachius Bibl. Crit. P. V. 56. Attamen in verbis ἀλλῆς ἀργίας se haerere dicit. Conjicit igitur αἰτίας, reprehensionis, pro ἀργίας. Ejus conjecturam speciosam appellat Porsonus, qui suam quoque proponit, αὐτῆς scilicet pro ἄλλης, revocata tamen vulgata. Zimmermannus vero et Matthiae sententiae an metro melius consulant nescio. Exhibent enim eorum editiones, χωρὶς γὰρ ἄλλης, ἧς ἔχουσιν, ἀρετῆς<sup>m</sup>. Vulgata sanissima est. Sumendum ἄλλης πλεοναστικῶς monet Porsonus. Ἄλλος saepe abundare docent Weiskius v. Ἄλλος, Thiemius Lexico Xenophonteo, item interpretes ad Sophoclis Oed. T. 7. Dixit Plato, exempli caussa, τοῖς τ' Ἀχαιοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις Τρωσὶν, Xenophon τοῖς θεοῖς καὶ τῇ ἄλλῃ στρατιᾷ. Sed omnium aptissimum exemplum indicavit mihi Gaisfordius. Plato Symposio p. 191. Α. ἀπέθνησκον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ καὶ τῆς ἄλλης ἀργίας, διὰ τὸ μηδὲν ἐθέλειν χωρὶς ἀλλήλων ποιεῖν. Deinde optimum sensum praebet ἀργίας. Eos qui philosophiae literisque operam dant, ἀργούς saepe fieri, id est, rei familiaris negligentes, rebusque gerendis minus idoneos, etiam nostrorum temporum experientia docet. Si exstaret Euripidis Antiope, optimam hujus versus interpretationem praeberet Amphionis et Zethi disputatio, cujus fragmenta collegit et ordinare conatus est Valckenarius Diatrib. p. 74—87. Digna est etiam quae legatur Calliclis oratio apud Platonem Gorgia p. 484. C. ab eo loco, ubi dicitur: φιλοσοφία γὰρ τοι ἐστίν, ᾧ Σώκρατες, χάριεν, εἴαν τις αὐτοῦ μετρίως ἀψῆται ἐν τῇ ἡλικίᾳ. εἴαν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων. Simul consulatur Routhii annotatio p. 440.

292. φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ.] Aristoteles πρὸς ἀνδρῶν. Similis diversitas apud Sophoclem Oed. C. 737. οὐκ ἐξ ἐνὸς στείλαντος, ἀλλ' ἀστῶν ὑπὸ | πάντων κελευσθεῖς. Sic pars codicum et edd. pleraeque. Aldus ἀνδρῶν.

*Ibid.* Schol. Ἄλφάνουσιν.) εὐρίσκουσιν. ἀπὸ τοῦ ἄλφα στοιχείου. Saepius non legitur apud tragicos. Comicorum testimonia praebet Suidas v. Ἄλφάνει, necnon grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 382.

293. σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφὰ,] Rom. A. B. C.

<sup>m</sup> Monendi sunt lectores, ne textus Porsoniani collationi, quam dedit Matthiae, nimium confidant, neque ex hujus silentio consensum duarum editionum praesumant. Hic ἀρετῆς, v. 428.

μίμναι, v. 616. ἀνδράσιν sine praepositione, v. 640. ᾧ κτεῖρον, v. 768. στέφος, v. 805. φρονεῖς εἶ, aliaque alibi lectore celato edidit.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



*Ibid.* εἰμὶ δ' οὐκ ἄγαν σοφῆ.] Schol. Προσάντης.) ἐναντία εἰμὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις, καὶ οὐκ ἄγαν σοφῆ. Hinc grammaticum legisse suspicatur Musgravius, τοῖς δ' αὖ προσάντης εἰμὶ, κούκ ἄγαν σοφῆ. Quam scripturam admisit Brunckius. Sed cum valde invenustum sit προσάντης εἰμὶ post εἴμ' ἐπίφθονος, scribendum conjicit Musgravius προσάντης λῆμα. *Verba, ut vulgantur, ait Porsonus, sunt Medeae modeste de se loquentis et vires suas consulto extenuantis.*

300. σὺ δ' οὖν φοβῆ με, μή τι πλημμελὲς πάθης.] Hic etiam variant libri ut superiore versu. Rom. C. σὺ δ' οὖν. Rom. A. B. D. E. Lasc. σὺ δ' αὖ. Nihil de suis dixit Musgravius.

*Ibid.* Lasc. πλημμελὲς. Hesychius: Πλημμελεῖς. ἐκμελεῖς, οὐ συνωδὰ λέγει, ἀμαρτάνει. Πλημμελής. ἀμελής ἢ πολεῖον πλάσσον καὶ τὰ ὁμοῖα. *Pro πλάσσον legi potest πλάσσω, inquit Schowius, quid autem πολεῖον sit, divinent alii.* Equidem divinare nequeo. Πλημμελής, si audiendus est grammaticus, primaria significatione est *absonus*, nostris *out of tune*. Hinc facile deducitur significatio qua apud Euripidem aliquoties usurpatur. Participium πλημμελήσας exstat Phoen. 1649.

301. οὐχ ᾧδ' ἔχει μοι (μὴ τρέσης ἡμᾶς), Κρέον,] Rom. C. E. ἔχει μοι. Rom. A. B. D. ἔχοιμι. Eadem varietas v. 706.

*Ibid.* Verba μὴ τρέσης ἡμᾶς in parenthesi sunt. Euripides Heracl. 715. Οἷδ' οὐ προδώσουσίν σε (μὴ τρέσης) ξένοι. Fr. Inc. ii. 1. Οὔτοι προσελθοῦσ' ἢ δίκη σε (μὴ τρέσης) | παίσει πρὸς ἧπαρ. Sic etiam θάρσει. Sophocles Oed. C. 1185. οὐ γὰρ σε (θάρσει) πρὸς βίαν παρασπάσει | γνώμης, ἀ μὴ σοι συμφέροντα λέξεται. Hinc legendum apud Euripidem Hec. 876. τὰ δ' ἄλλα (θάρσει) πάντ' ἐγὼ θήσω καλῶς. Vulgo, τὰ δ' ἄλλα θάρσει. πάντ' ἐγὼ θήσω καλῶς.

302. ὥστ' εἰς τυράννου ἀνδρας ἐξαμαρτάνειν.] Statim sequitur ἀλλ' ἐμὸν πόσιν μισῶ. Nam verba interjacentia διὰ μέσου sunt.

303. σύ γὰρ τί μ' ἠδίκηκας;] Sic Rom. C. Sed Rom. A. B. D. E. Lasc. τί γὰρ σύ μ' ἠδίκηκας, quod tacite admisit Brunckius. Vulgatam revocavit Porsonus. Cott. ἠδίκησας.

303, 4. ἐξέδου κόρην | ὅτω σε θυμὸς ἤγεν.] Usitatio hac significatione est activa forma ἐκδιδόναι, quam usurpat noster Suppl. 133. Τῷ δ' ἐξέδωκας παιῶνας Ἀργείων σέθεν. Adde ἐκδώσειν Iph. A. 132. 687. El. 249. ἐκδώσομεν Iph. A. 729. ἐκδοῦναι *ibid.* 736. 964. Mediam formam usurpat Herodotus II. 47. οὐδέ σφι ἐκδίδοσθαι θυγατέρας οὐδεὶς ἐθέλει, οὐδ' ἄγεσθαι ἐξ αὐτέων· ἀλλ' ἐκδίδονται τε οἱ σὺβῶται καὶ ἄγονται ἐξ ἀλλήλων. Plato Legg. V. p. 740. C. τοὺς δὲ ἄλλους παιῶνας, οἷς ἂν πλείους ἐνὸς γίγνωνται, -θηλείας τε ἐκδόσθαι κατὰ νόμον τὸν ἐπιταχθησόμενον ἄρρενάς τε, οἷς ἂν τῆς γενέσεως ἐλλείπη τῶν πολιτῶν, τούτοις υἱεῖς διανέμειν. Demosthenes adversus Spudiam p. 1021. D. πρῶτον δ' ἐφ' οἷς ἐξέδοτο [ὁ Πολύευκτος τὰς θυγατέρας], τούτων λάβε μοι τὴν μαρτυρίαν. Plutarchus Theseo p. 2. A. Πέλοψ γὰρ οὐ χρημάτων πλήθει μᾶλλον, ἢ παιῶν, μέγιστον ἴσχυσε τῶν ἐν Πελοποννήσῳ βασιλέων, πολλὰς μὲν ἐκδόμενος θυγατέρας τοῖς ἀρίστοις, πολλοὺς δὲ ταῖς πολιτείαις υἱοὺς ἐγκατασπεύρας ἄρχοντας. Apud Euripidem Hel. 939. legendum suspicor ἐκδώσομαι pro ἐδνάσομαι.



307. νυμφεύετ'. εὖ πράσσοιτε.] Rom. C. εὖ πράσσετε.

307, 8. τήν δὲ δὴ χθόνα | ἔατέ μ' οἰκεῖν.] Rom. C. τήνδε δὴ χθόνα. Rom. D. τήνδε χθόνα. Rom. A. B. E. Laso. Par. A. τήνδε δὲ χθόνα, quod admisit Brunckius. In Rom. A. δὲ supra scriptum habet δή.

310. Λέγεις ἀκοῦσαι μαλθάκ',] Scaliger infelici conjectura ἀκουσα. Dawesius p. 98. memoriae vitio ἀκούειν. Non enim opinor eum mutatione opus esse credidisse.

310, 1. ἀλλ' εἴσω φρενῶν | ὀρρώδια μοι μή τι βουλεύσης κακόν.] Scripsit Euripides, ni fallor, μή τι βουλεύης κακόν. Non eadem est ratio hujus versus et 37. δέδοικα δ' αὐτήν, μή τι βουλεύση νέον. Ibi enim metuit nutrix ne mali aliquid aliquando faciat Medea. Hic vero suspicatur Creon eam jam malum meditari, quippe quae aliter sentiat ac loquatur. Quo sensu non dicitur μή βουλεύσης sed μή βουλεύης. Qui δέδοικα μή ἀσθενήση dicit, suspicatur Titium post aliquod tempus aegrotum fore: qui vero δέδοικα μή ἀσθενῆ, eum jam morbo laborare putat. Sed legitur apud Sophoclem Trach. 550. ταῦτ' οὖν φοβοῦμαι μή πόσις μὲν Ἡρακλῆς | ἐμὸς καλῆται, τῆς νεωτέρας δ' ἀνὴρ. Ubi futurum tempus significari res ipsa declarat. Sic etiam Aristophanes Eccl. 865. δέδοικα γὰρ μή καὶ παρὰ τῆ στρατηγίδι, | ὅτ' ἂν κατατιθῶ, προσποιῆ τῶν χρημάτων. Non sum nescius hujusmodi exempla nonnulla reperiri posse. Sed si centum millia exstarent, non defenderent scripturam quam nunc oppugno. Nam ex eo quod γράφη pro γράψη nonnunquam usurpatur, temerarius sit qui statuat γράψη pro γράφη usurpari posse<sup>n</sup>. Subjunctivum praesentis proprio sensu usurpat Sophocles Oed. T. 747. Δεινῶς ἀθυμῶ μή βλέπων ὁ μάντις ἦ. Ant. 1113. δέδοικα γὰρ μή τοὺς καθεστῶτας νόμους | ἄριστον ἦ σώζοντα τὸν βίον τελεῖν. Aristophanes Nub. 493. δέδοικά σ', ὦ πρεσβῦτα, μή πληγῶν δέη. Eccl. 338. ὁ καὶ δέδοικα μή τι δρᾶ νεώτερον. Hic prorsus alienum a sententia esset δράση. Utrumque subjunctivum in eadem sententia conjungit, nec tamen confundit, Sophocles Phil. 519. Ὅρα σὺ (id est, δέδοικα) μή νῦν μὲν τις εὐχερῆς παρῆ, | ὅτ' ἂν δὲ πλησθῆς τῆς νοσου ξυνουσίᾳ, | τότε οὐκέθ' αὐτὸς τοῖς λόγοις τούτοις φανῆς<sup>o</sup>.

<sup>n</sup> Aristophanes Vesp. 1432. Ὅτι βριζῶ, ἕως ἂν τὴν δίκην ἄρχων καλῆ. Quis non mallet καλίση, si per metrum liceret? Hoc exemplum, et si qua alia ejusdem generis occurrunt, non tollunt discrimen quod inter ἕως ἂν γράφη et ἕως ἂν γράψη statuunt grammatici.

<sup>o</sup> De hac quaestione consulendus Hermannus ad Sophoclis Aj. 272. (279.), cujus sententia si vera est, potius μή τι βουλεύεις quam μή τι βουλεύης scribendum. Ait enim: *Discrimen hoc est: μή ἦ, verentis est, ne quid nunc sit, simulque nescire se, utrum sit, necne, significantis; μή ἔστι verentis quidem est, sed indicantis simul, putare se, ita esse, ut veretur.* Subtiliter, ut solet, vir ingeniosus, sed vereor

ut recte. Ego apud Atticos poëtas non memini legere δέδοικα μή ἔστι, δέδοικα μή ἀσθενεῖ, aut aliquid ejusmodi; nec puto indicativum ab iis usurpari, nisi in praetentis verborum temporibus, ut apud Demosthenem de Falsa Legat. p. 294. D. καὶ τὸ χρόνον γεγενῆσθαι μετὰ τὴν πρεσβείαν πολὺν, δέδοικα μή τινα λήθην ἢ συνήθειαν τῶν ἀδικημάτων ὑμῶν ἐμπέποικε. De quo loco vide Mus. Crit. T. I. p. 356. Dixit Euripides Hel. 118. Σκοπεῖτε μή δόκησιν εἴχετε ἔκ θεῶν. Sed vereor ut hinc recte statuatur licuisse dicere, Δέδοικα μή δόκησιν ἔχετε πρὸς θεῶν. Dicitur etiam δέδοικα μή εἶη, auctore Hermannus, significatque vereor ne fuerit. Hujus etiam constructionis exempla de-



312. τοσῶδε γ' ἦσσον ἢ πάρος πέποιθά σοι.] Sic Rom. C. Sed Rom. A. B. D. Flor. Par. A. D. Put. τοσῶδε δ' ἦσσον. Quam scripturam a Musgravio admissam, a Porsono vero repudiatam, recte mihi revocasse videtur Matthiae. Schol. Τοσῶ δε δ' ἦσσον.) τοσούτω δέ φησιν, ὅσω γλυκεῖα μὲν εἶ τῶ λόγῳ. ἄλλα δὲ φρονεῖς. τοσούτω μᾶλλον ἀπιστότερος τυγχάνω, ἢ πρὶν τῶν λόγων σου τούτων ἀκοῦσαι. Sic ed. Veneta. Rom. E. Lasc. τοσόνδε δ' ἦσσον.

313, 4. γυνὴ γὰρ—σοφός.] Hoc disticho usus est grammaticus apud Suidam v. Ἄξιος λαβεῖν ὁ μισθός, cujus verba leguntur etiam apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 412. Utrobique legitur Σοφοκλῆς pro Εὐριπίδης. Simili errore in annotatione mea legitur *Aristophanis Medeam* p. 74, 24.

313. γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὐτως ἀνὴρ,] Scaliger γυνὴ γὰρ ὀξύθυμον, ut γυνὴ δὲ θῆλυ v. 898. Quomodo sequentia verba cum hac scriptura conciliarit, quaerere supersedeo. Schol. ῥάων ἐστὶ φυλάττεσθαι, φησὶν, ὀξύθυμος ἀνὴρ, ὡσαύτως δὲ καὶ γυνή. Hinc Dawesius p. 97. ἀνὴρ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὐτως γυνή. Sed vulgatam agnoscit alter scholiastes, cujus verba sunt: Γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος.) πᾶσα γὰρ, φησὶν, ὀξύθυμος γυνή, ὁμοίως δ' ἀνὴρ καὶ ἀνὴρ, εὐμαρέστερον ἀφυλαχθεῖν ἢ ὁ κρύπτων τὴν ὀργήν. Eamque stabiliunt poëtae verba Andr. 673. καὶ μὴν ἴσον γ' ἀνὴρ τε καὶ γυνὴ σθένει | ἀδικουμένη πρὸς ἀνδρός· ὡς δ' αὐτως ἀνὴρ, | γυναῖκα μωραίνουσεν ἐν δόμοις ἔχων.

*Ibid.* Porsonus diserte ὡς δ' αὐτως, auctore, ni fallor, Brunckio, qui tamen αὐτως dedit apud Sophoclem Oed. T. 931. Ant. 85. 715. 1040. Aj. 1179. ὡς δ' αὐτως apud Euripidem Andr. 674. Recte αὐτως, opinor. Accentus enim docet non ab αὐτός derivatum esse, sed potius a feminino αὐτή, ut οὕτως a masculino οὗτος. Dixit de hoc adverbio Hermannus Dissertatione de Pronomine αὐτός §. xv. qui οὕτως sic, αὐτως vero hoc ipso modo significare monet. Nostri, *in like manner*. Quo sensu τὼς dixit Aeschylus Theb. 490. 643. Suppl. 71. 699. Sophocles Aj. 841.

314. ῥάων φυλάσσειν ἢ σιωπηλὸς σοφός.] Schol. ῥάων φυλάσσειν.) ἀντὶ τοῦ φυλαχθῆναι καὶ τηρηθῆναι, ἐνεργητικὸν ἀντὶ παθητικοῦ. τοῦτο δὲ ἔθος ὡς ἐπιτοπλεῖστον τοῖς Ἀττικοῖς. Simile est ἀκοῦσαι μαλθάκα v. 310. Plura dedit Dawesius p. 98. Nonnulla ipse addidi ad Heracl. 1011. Apud Suidam allegatur Homerus Il. Ω. 243. ῥήϊτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσεσθε | κείνου τεθνεῖωτος ἐναίρεμεν. Il. M. 63. ἢ δὲ μάλ' ἀργαλέη περάαν. σκόλοπες γὰρ ἐν αὐτῇ. Sed de hac re nulla controversia est. Fuerunt autem qui bene Graecum esse ῥάων φυλάσσειν agnoscerent, non tamen nostro loco convenire. Dawesius p. 97. φυλάσσειν sive φυλάττειν *servare, observare, custodire* vel simile significare monet; significationem autem quae huic loco unica conveniat, nempe *cavere*, medii φυλάττεσθαι esse propriam. Scribendum igitur censet ῥάων φυλάττεσθ' cum elisione diphthongi. Respondet Dorvillius

sidero. Dixit quidem Herodotus ab eo allegatus VII. 103. ὄρα μὴ μάτην κόμπος

ὁ λόγος οὗτος εἰρημένος εἶη. Sed reponendum sine dubio εἰρημένος ἔη.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





Genitivus γονάτων saepissime apud tragicos legitur, γουνάτων haud raro, γούνων ne semel quidem. Neque melioris notae videtur γούνα, quod in Porsoni ed. legitur Phoen. 866. (859.) ubi scribendum suspicor: Κόπῳ παρεῖμαι, τῆς Ἀθηναίων ἀπο | δεῦρ' ἐκκομισθεῖς τῆς πάροιθεν ἡμέρας. Vide scriptores de ellipsi v. Γῆ. Si γούνα et γούνων tragicis in usu fuissent, frequenter in eorum scriptis exstarent, quippe quae pedem disyllabum saepe praeberent ubi γόνατα et γονάτων trisyllabum. Cujus rei minime negligentes fuerunt tragici P.

319. Λόγους ἀναλοῖς.] Sophocles Aj. 1049. Τίνος χάριν τοσόνδ' ἀνήλωσας λόγον; Aristophanes Lys. 468. ὦ πόλλ' ἀναλώσας ἔπη, πρόβουλε τῆσδε τῆς γῆς.

Ibid. οὐ γὰρ ἂν πείσαις ποτέ.] Πείσαις pro πείσειας, quam formam ne comici quidem constanter exhibent. Dixit Aristophanes δικάσαις Vesp. 725. ἐκκομίσαις ibid. 815. monente Schaefero Meletem. Crit. p. 85. Idem Pac. 404. Ἴθι δὴ κάτειπ'. ἴσως γὰρ ἂν πείσαις ἐμέ. Recte Scaliger ὑφαρπάσαις pro ὑφαρπάσαιο Eccl. 916.

323. πλὴν γὰρ τέκνων, ἔμοιγε φίλτατον πολύ.] Rom. C. D. E. πλὴν γὰρ τέκνων. Rom. A. B. πλεῖν γὰρ τέκνων. In A. πλεῖν supra scriptum habet ἦν ab aliena manu, τέκνων vero ο ab ipso librario. In B. etiam supra scripta ἦν et ον. Praeter vulgatam igitur πλὴν γὰρ τέκνων, alii πλεῖν γὰρ τέκνων legebant, alii πλὴν γὰρ τέκνον. Utraque scriptura consulto invecta videtur. Qui primus πλεῖν scripsit, bono civi ne liberos quidem patria cariores esse debere arbitrabatur. Sed nesciebat πλεῖν pro πλέον in tragico sermone non usurpari. Qui vero πλὴν γὰρ τέκνον reposuit, unam solam filiam Creontem habuisse credebat. Sed τέκνα non minus bene (imo rectius in aliquibus sententiis) de uno quam de pluribus dicitur 9.

Ibid. Rom. C. D. ἔμοιγε φίλτατον πολύ. Rom. A. B. φίλτατον ἔμοιγε πολύ. Rom. E. Lasc. Par. A. D. ἔμοιγε φίλτατον πόλις, quod admisit Brunckius.

324. Φεῦ φεῦ, βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα.] Vide chori carmen v. 614—645. hoc argumento scriptum.

325. Ὅπως ἂν, οἶμαι, καὶ παραστῶσιν τύχαι.] Haec verba recte explicat scholiastes, quem sequuntur interpretes Latini. Buchananus: *Perinde, opinor, res uti sese dabit.* Particulas ὅπως ἂν eo-

P Hinc est quod φάος, verbi caussa, in metro iambico aut trochaico nunquam a tragicis usurpatur, nisi cum in eadem versus sede stare non potest φῶς. Vulgo legitur apud Euripidem Heracl. 969. Χρὴ τόνδε μὴ ζῆν, μηδ' ὄρᾶν φάος ἔτι. Malim, inquit Musgravius, ordine vocum mutato, μηδὲ φάος ὄρᾶν ἔτι. Nunquam, mihi crede, apud Euripidem φάος ante vocalem in hoc metro reperies, nisi forte in chori carmine, ut apud Sophoclem Ant. 600. ρίζας ἐτέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις.

9 Noster Iph. A. 489. τὸ πρῶγμα δ'

ἐγγύθεν | σκοπῶν, ἐσεῖδον οἶον ἦν κτείνειν τέκνα. Ibid. 736. Καλὸν τεκοῦσαν τὰμά γ' ἐκδοῦναι τέκνα. Ibid. 1015. Ἰκέτευ' ἐκεῖνον πρῶτα μὴ κτείνειν τέκνα. Ibid. 1168. καλὸν γένος | κακῆς γυναικὸς μισθὸν, ἀποτίσαι τέκνα, | ταχθεῖσα, τοῖσι φίλτατοις ἀνούμεθα. Sic Aldus, mendose quidem, sed quod ad nostram rem attinet, recte. Hinc malim v. 481. καί σοι παραινῶ, μήτ' ἀποκτείνειν τέκνα, | μήτ' ἀνθελέσθαι τοῦμόν. Item v. 1186. τί σοι κατεύξει τὰγαθόν, σφάζων τέκνα;



dem sensu usurpat noster Tro. 1052. Hecubae dicenti, Οὐκ ἔστ' ἔραστῆς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ, respondet Menelaus, Ὅπως ἂν ἐκβῆ τῶν ἐρωμένων ὁ νοῦς.

326. Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὅς αἴτιος κακῶν.] Rom. C. λάθη supra scripto οι. Sophocles Oed. T. 903. ἀλλ' ᾧ κρατύνων, εἴπερ ὄρθ' ἀκούεις, | Ζεῦ πάντ' ἀνάσσω, μὴ λάθη | σὲ τάν τε σάν ἀθάνατον αἰὲν ἀρχάν. Hic libri nonnulli λάθοι. Utrumque bonum, ut γενέσθω et γένοιτο. Optativum apud Euripidem agnoscit Athenaeus p. 156. F. εἶτα πάλιν φακοὶ προσενέχθησαν ὄξει βεβρεγμένοι. καὶ ὁ Διιτρέφης<sup>†</sup> δραξάμενος ἔφη· Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὅς αἴτιος φακῶν. καὶ ἄλλος ἐξῆς ἀνεβόησε· Φακός σε δαίμων καὶ φακὴ τύχη λάβοι. Hinc Euripidis senarium fuisse, κακός σε δαίμων καὶ κακὴ τύχη λάβοι, colligit P. Leopardus Emendat. VI. 12.

Ibid. Noster Iph. A. 895. Μενέλεως ἀφείλεθ' ἡμᾶς, ὅς κακῶν τῶνδ' αἴτιος. E nostro loco legendum suspicatur Porsonus, τῶνδ' ὅς αἴτιος κακῶν. Quae scriptura certe numerosior. Sed Euripides in fine senarii τῆσδ' ἔξομαι habet Hec. 398. τούσδ' εἰδέναι ibid. 1006. τῆδ' ἡμέρα Or. 440. τῆσδ' ἐσφάλης ibid. 1078. ἦδ' Ἐκτορος Andr. 657. τῶνδ' ἐκπεσεῖν ibid. 875. τήνδ' εἰς πυρᾶν Suppl. 1065. et alia ejusmodi<sup>s</sup>.

<sup>†</sup> Aristophanes Av. 1442. Δεινῶς γέ μου τὸ μειράκιον ὁ Διιτρέφης | λέγων ἀνεπτέρωκεν, ὡσθ' ἰσπηλατεῖν. Legendum Διιτρέφης sine articulo. Διιτρέφης enim secundam producit, ut διιπετής. Ibid. 799. ὡς Διιτρέφης γε πυτιναῖα μόνον ἔχων πτερά. Idem Ἡρώσι apud schol. ad h. l. καὶ ἀπὸ τῆς Διιτρέφους τραπέζης. Legendum καπὸ τῆς Διιτρέφους (vel potius Διιτρέφους) τραπέζης. Pars est iambici octonarii, a Porsono Advers. p. 288. minus recte constituta. Atticis literis scriptum ΔΙΕΙΤΡΕΦΕΣ in antiquissimo marmore apud Corsinum Fast. Att. T. I. p. 161. Diversus ab utroque borum Διιτρέφης magistratum gessit Athenis Olympiadis XCIX. anno primo. Vulgo Diotrephes appellatur. Vide Corsinum T. III. p. 295. Sed veram nominis scripturam praebet inscriptio antiqua apud Chandlerum p. 46. qui pro genitivo ΔΙΕΙΤΡΕΦΟΣ (i. e. Διιτρέφους) mendōse ΔΙΞΙΤΡΕΦΟΣ exhibet.

<sup>s</sup> Licet ὅς κακῶν τῶνδ' αἴτιος scripsisse videatur Euripides, non quamvis longam syllabam cum elisione in eam sedem quam occupat τῶνδ' promiscue admisit. Non scripsit, verbi caussa, quod ei tribuit Matthiae Andr. 423. ἐς ξύμβασιν δὲ χρῆν σε σὴν παιδ' ἐξάγειν, | Μενέλαε, καὶ τήνδ', ὡς ἀπαλλαχθῆ πόνων. Quam scripturam suspectam haberem, etiam si omnes libri in ea consentirent. Fluctuant autem inter καὶ σὴν παιδ' ἄγειν, σὴν γε παιδ' ἄγειν et σὴν παιδ' ἐξάγειν. Quae

diversitates communem originem habuerunt σὴν παιδ' ἄγειν. Scribendum σὴν τε παιδ' ἄγειν, ut monui ad v. 102. II. Or. 614. μᾶλλον δ' ἐκείνη σοῦ θανεῖν ἔστ' ἀξία. Bacch. 246. ταῦτ' οὐχὶ δεινῆς ἀγχιόνης ἔστ' ἀξία; Praeter haec duo exempla, nusquam apud tragicos in hac senarii sede reperi ἔστ' aut ἔστ'. Scribendum igitur ἐπαξία et ἐπαξία. III. Or. 1035. Τὸδ' ἡμαρ ἡμῖν κύριον. δεῖ δ' ἢ βρόχους | ἄπτειν κρεμαστούς, ἢ ξίφος θήγειν χερί. Aequè suspiciosum mihi videtur δεῖ δ' ἢ βρόχους ac παιδ' ἐξάγειν. Scribendum puto δεῖ δὴ βρόχους. Ita δεῖ με δὴ καινῶν λόγων Hipp. 688. δεῖ δὴ με κάκελευστον &c. El. 71. IV. Or. 1653. ἐφ' ἧς δ' ἔχεις, Ὁρέστα, φάσγανον δέρη, | γῆμαι πέρρωταί σ' Ἐρμιόνην. ὅς δ' οἶεται | Νεοπτόλεμος γαμεῖν νιν, οὐ γαμεῖ ποτε. Insolens mihi videtur tam ὅς δ' οἶεται quam Νεοπτόλεμος ultima producta. Utrum corrupta sint, necne, decernere non audeo. V. Octo sunt nostrae tragoediae senarii, in quibus nihil metri intersit utrum τὸδ' vel τὰδ' scribatur, an τοῦτ' vel ταῦτ'. V. 55. ἐγὼ γὰρ εἰς τοῦτ' ἐκβέβηκ' ἀλγηδόνοσ. V. 332. Φευζόμεθ'. οὐ τοῦδ' ἰκέτευσά σου τυχεῖν. V. 456. οὔτοι θράσος τὸδ' ἔστιν, οὐδ' εὐτολμία. V. 726. ἐμοί πε γὰρ τὰδ' ἔστιν ἀσφαλέστερα. V. 857. ταῦτ' ἐννοηθῆισ', ἐσθόμην ἀβουλίαν. V. 878. Αἰνῶ, γύναι, τὰδ', οὐδ' ἐκεῖνα μέμφομαι. V. 976. Τὰδ' οὐ ξυνωδὰ τοῖσιν ἐξηγγελημένοις. V. 1019. πολμητέον τὰδ'. ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης. In quinque versibus syllaba brevis vul o



327. "Ἐρπ', ὦ ματαία, καί μ' ἀπάλλαξον πόνων.] Gl. in Par. A. ἀπιθι. Legitur ἔρπε etiam v. 397. 1212. Valckenarius ad Hipp. 973. scribendum conjicit, ἔρρ', ὦ ματαία, comparatque v. 1313. Sed ibi ἔρρ'ε *abi in malam rem* significat, qui sensus huic versui non convenit. Bene Brunckius: *Providus est Creon, non iratus. Illi satis est Medeam abire jussisse. Altero in loco ira aestuat Iason, cui convenit dicere: "Ἐρρ', αἰσχροποιὲ καὶ τέκνων μισαίφρονε.* Iratus etiam est Theseus, cujus verba, ἔξερρ'ε γαίης τῆσδ' ὅσον τάχος φυγὰς, Valckenarii conjecturae occasionem dederunt.

328. Πονοῦμεν ἡμεῖς, κοῦ πόνων κεχρήμεθα.] Nisi corrupta est scriptura, his verbis inest jocus satis frigidus, sed qui ab Euripidis ingenio non prorsus abhorrere mihi videtur. Dixit Creon, interprete Buchanano, *Abscede inepta, meque curis libera.* Respondet Medea, *Curae premunt me, nec egeo curis novis.* Quasi curarum ac divitiarum eadem natura sit, ut qui alienas tollat, suas augeat. Ita quoque haec verba explicat scholiastes, neque aliter explicari possunt eadem scriptura manente. Emen- dabat Reiskius, κοῦ πόνων κίχρημεθα, *non mutuo do quidquam mearum aerumnarum.* Ita enim Latine reddit. *Sic dixit obmetrum, ait, pro κίχρημεν.* Nam κίχρημεν est mutuo do, quod hic requiritur; κίχρημαι mutuo accipio. Melior est Musgravii conjectura, quam admisit Brunckius, quamque certissimam appellat Porsonus: Πόνος (solus Beckius πόνοι) μέν· ἡμεῖς δ' οὐ

exhibetur, in tribus longa. Scripti codices quos inspexi ab impressis non dissentiunt. Eodem modo ceterae quae exstant tragoediae in prima tertiaque senarii sede nunc τὸδ' vel τὰδ' habent, nunc τοῦτ' vel ταῦτ'. Scriptura quidem interdum incerta est, propterea quod has formas librarii haud raro confuderunt. Qui autem hoc argumento usus alterutram formam ubique repraesentandam asseruerit, minus quam criticum decet cautum et modestum vulgatae scripturae tribuerit. Librarios circa hanc rem non omni fide indignos fuisse ex hoc apparet, quod in quinta sede τὸδ' et τὰδ' tantum non semper dederunt. Cujus scripturae in XXXII. tragoediis LXVII. sunt exempla. Aeschylus, Sophocles et Euripides in Aldinis editionibus singuli singulos exhibent versus aliter scriptos. Aeschylus Suppl. 761. Καλῶς γ' ἂν ἡμῖν ζυμφέροι ταῦτ', ὦ τέκνα, | εἰ σοί τε καὶ θεοῖσιν ἐχθαιροῖατο. Sophocles El. 409. Ἐκ τοῦ φίλων πεισθῆῖσσι; τῶ τοῦτ' ἤρεσεν; Euripides Hel. 298. ἀδίκως μὲν, ἀλλὰ τὰδίκον ταῦτ' ἔστ' ἐμόν. Non dubito Aeschylum τὰδ' scripsisse, Sophoclem et Euripidem τὸδ'. Apud Aeschylum vulgata scriptura hoc etiam nomine suspiciosa est, quod tragici, ni fallor, in ea sede longam syllabam ne

minimae quidem distinctioni praepo- nunt. Verba ὦ τέκνα, ὦ πάτερ, ὦ γύναι, ὦ ζένη et similia in fine senarii non nisi post brevem syllabam ponuntur. Ita noster Med. 331. 1037. Alc. 1064. Iph. A. 1245. 1419. Iph. T. 597. Hel. 1385. et alibi. Vulgo quidem legitur Iph. A. 635. Ἐγὼ δὲ βούλομαι τὰ σαὶ στέρν', ὦ πάτερ, | ὑποδραμοῦσα προσβυλεῖν διὰ χρόνου. Sed utrumque versum spurium esse vidit Porsonus, ut jam dixi ad Ἥλικα v. 241. Pergo dicere, Musgravium edidisse apud Euripidem El. 542. εἰ δὲ κἀκρεκον πέπλους, | πῶς ἂν, τότε ὦν παῖς, νῦν ἔχοι ταῦτ' ἂν φάρη; Sic etiam Seidlerus et Matthiae. Hic non reponendum est ταδ'. Edidit Victorius νῦν ταῦτ' ἂν ἔχη φάρη, unde Barnesius νῦν ἔχη ταῦτ' ἂν φάρη. Quod ad sententiam attinet, melius est ταῦτ' sive ταύτ' quam ταῦτ'. Sed numerorum nihil referre videtur. Codd. Parisienses cum Victorio consentiunt, nisi quod unus recte ἔχοι, alter ἔχη supra scripto ἔχοι. Scribendum videtur: πῶς ἂν, τότε ὦν παῖς, ταῦτ' ἂν ἔχοι φάρη, | εἰ μὴ ζυγαύξοιθ' οἱ πέπλοι τῶ σώματι; Ita delete νῦν legere malo, quam ταυτὰ νῦν ἔχοι φάρη, quod etiam mihi in mentem venit. Vide Euripidem Hec. 51. Hipp. 903.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



Hic parum interesse videtur. III. Herc. 1314. οὐδείς δὲ θνητῶν ταῖς τύχαις ἀκήρατος, | οὐ θεῶν, ἀοιδῶν εἴπερ οὐ ψευδεῖς λόγοι. Soloecum videtur εἴπερ οὐ ψευδεῖς. Vide ad v. 87. Recte Matthiae εἴπερ ἀψευδεῖς.

349. νῦν δ' εἰ μένειν δεῖ, μίμν' ἐφ' ἡμέραν μίαν.] Sic Pseudogregorius v. 225. monente Porsono, qui μίμν' ἐθ' ἡμέραν μίαν edidit, collatis v. 334. 367. praecipue vero v. 383. μείνας' οὖν ἔτι σμικρὸν χρόνον. Vulgatam revocavit Matthiae. Sed v. 1082. codd. plerique, ni fallor, ἐπὶ pro ἔτι. Quae varietas Porsoni conjecturam confirmare videtur.

350. οὐ γάρ τι δράσεις δεινὸν, ὧν φόβος μ' ἔχει.] Rom. C. δράσεις. Rom. A. B. D. E. δράσαις. Schol. Οὐ γάρ τι δράσεις.) Δίδυμος &c. Vide ad v. 278.

351. Δύστανε γύναι,] Haec verba omittit Rom. C. et, opinor, alii. Matthiae enim ea uncinis inclusit.

352. φεῦ φεῦ, μελέα τῶν σῶν ἀχέων.] Cott. τόσων ἀχέων.

353, 4, 5. ποῖ ποτε τρέψη; τίνα προξενίαν, | ἢ δόμον, ἢ χθόνα σωτήρα κακῶν | ἐξευρήσεις;] Rom. C. E. προξενίαν. Rom. A. B. D. Cott. πρὸς ξενίαν. Deinde Rom. C. δόμων.

355. Non male abesset ἐξευρήσεις. Noster Phoen. 984. Ποῖ δῆτα φεύγω; τίνα πόλιν; τίνα ξένων;

358. Κακῶς πέπρακται πανταχῆ. τίς ἀντερεῖ;] Sic Aldus. Lasc. etiam πανταχῆ, rectius quam πανταχῆ, quod Brunckio auctore, ni fallor, exhibent nuperae edd. Vide ad ὄπη v. 520. Pseudogregorius v. 1060. πανταχοῦ. Eadem varietas apud Sophoclem Aj. 1369. Euripidem Or. 758. Phoen. 272. et alibi passim.

359. ἀλλ' οὔτι ταύτη ταῦτα.] Supplendum ἀποβήσεται. Recte Heathius, at non haec hoc modo abibunt. Reiskius primum ἀλλ' οὐ πεπέρανται (vel πέπαυται) πάντα conjicit, deinde longe modestius ἀλλ' οὐχὶ ταύτη. Noster Hipp. 41. ἀλλ' οὔτι ταύτη τόνδ' ἔρωτα χρὴ πεσεῖν. Ad quem locum sequentia attulit Valckenaerius. Aeschylus Prom. 510. Οὐ ταῦτα ταύτη μοῖρά πω τελεσφόρος | κρᾶναι πέπρωται. Aristophanes Eq. 839. Οὐκ, ὦγαθοί, ταῦτ' ἐστὶ πω ταύτη, μὰ τὸν Ποσειδῶ. Ennius apud Ciceronem de Nat. Deor. III. 26. Nequaquam istuc istac ibit. Sed operae pretium est Ciceronis locum apponere, non integrum quidem, sed qualis exstat: Sed \* \* \* Nequaquam istuc istac abibit: magna inest certatio. | Nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia. Niobe parumne ratiocinari videtur, et sibi ipsa nefariam pestem machinari? Illud vero quam callida ratione? Qui volt esse, quod volt; ita dat se res, ut operam dabit. Qui est versus omnium seminator malorum. Ille transversa mente mihi hodie tradidit repagula: | quibus ego iram omnem recludam, atque illi perniciem dabo: | mihi moerores, illi luctum: exitium illi, exsilium mihi. Hanc videlicet rationem, quam vos divino beneficio homini solum tributam dicitis, bestiae non habent. Videsne igitur, quanto munere deorum simus affecti? atque eadem Medea patrem patriamque fugiens: postquam pater | appropinquat, jamque, paene ut comprehendatur, parat, | puerum interea ob-



truncat, membraque articulatim dividit, | perque agros passim dispergit corpus: id ea gratia, | ut, dum nati dissipatos artus captaret parens, | ipsa interea effugeret: illum ut moeror tardaret sequi; | sibi salutem ut familiari pareret parricidio. *Huic ut scelus, sic ne ratio quidem defuit.* Hactenus Cicero, cujus verba *Niobe parumne ratiocinari videtur* multam disputandi materiam interpretibus praeberunt. Omnes enim versus ex Ennii *Medea* sumti videntur. Sunt autem duodecim, quorum primus, secundus, quartus, quintus et sextus ad hanc *Medeae* orationem pertinent, quam nunc prae manibus habemus. - Primus et secundus, quos ab Euripideae *Medeae* persona plane alienos esse statuit Planckius p. 100. fere ad verbum redditi sunt e v. 359. 362. Quartus pertinet ad v. 365. Quintus et sextus, iudice etiam Planckio, ad v. 393, 4. Sex ultimos, in quibus de nece Absyrta agitur, non ex Euripidis *Medea* sumtos esse manifestum est. Possunt tamen nihilominus in Ennii *Medea* fuisse. De hac quaestione jam dixi p. 75.

*Ibid.* μη δοκεῖτέ πω.] Sic Rom. C. D. recte. Rom. A. B. μη δοκεῖτέ πως.

361. καὶ τοῖσι κηδεύσασιν οὐ μικροὶ πόνοι,] Rom. C. οὐ μικροί. Rom. A. B. E. οὐ μικροί. Rom. D. οἱ μικροί. De μικρὸς et μικρὸς apud tragicos idem statuendum videtur quod de ξὺν et σύν.

362. δοκεῖς γὰρ ἂν με τόνδε θωπεῦσαι ποτ' ἂν,] Ennius, *Nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia.* De accentu verborum θωπεῦσαι ποτ' ἂν vide ad κατασκῆψαι τινα v. 93. Hic Rom. C. Lasc. θωπεῦσαι ποτ' ἂν. Rom. A. B. E. θωπεῦσαι ποτέ. Rom. D. θωπεῦσαι ποτε. Par. A. D. Flor. Cott. aut θωπεῦσαι ποτέ aut θωπεῦσαι ποτε. Par. A. etiam prius ἂν omittit. Musgravius edidit, vel potius edere voluit, θωπεῦσαι ποτέ. Nam in ejus ed. mendose legitur πότε. Recte Brunckins θωπεῦσαι ποτ' ἂν. *Sic ubi particula ἂν geminari aut prouit aut debuit, inquit, id in hoc versu factum oportuit, ad vitandum hiatus.* Hiatus quidem parum interesse videtur. Similem habet Sophocles Aj. 1081. ὅπου δ' ὑβρίζειν, δρᾶν θ' ἂ βούλεται πάρα, | ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνω ποτέ | ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν εἰς βυθὸν πεσεῖν<sup>u</sup>. Ita quoque noster infra v. 497. θαυμαστὸν δέ σε | ἔχω πόσιν καὶ πιστὸν ἢ τάλαιν' ἐγώ. Sed exquisitius est ἂν geminatum. Sophocles Oed. T. 1227. οἶμαι γὰρ οὗτ' ἂν Ἴστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν | νίψαι καθαρμῶ τήνδε τὴν στέγην. Euripides Andr. 77. Δοκῶ γὰρ οὐδ' ἂν ᾧδέσ' ἂν πράσσειν κακῶς, | κείνου παρόντος. νῦν δ' ἔρημος εἶ φίλων. Aristophanes Thesm. 447. ὥστ' ἂν, εἰ λέγοι παρ' αὐτὴν | Ξενοκλέης ὁ Καρκίνου, δοκεῖν ἂν αὐτὸν, ὡς ἐγῶμαι, | πᾶσιν ὑμῖν | ἀντικρυς μηδὲν λέγειν. *Ibid.* 531. τάδε γὰρ εἰπεῖν ἦν πανοῦργον | κατὰ τὸ φανερόν ᾧδ' ἀναιδῶς | οὐκ ἂν ᾧόμην ἐν ἡμῖν, | οὐδὲ τολμῆσαι ποτ' ἂν.

\* Inconsiderate ποτ' ἂν reposui Mus. Crit. Cant. T. I. p. 475. Vulgatam optime defendit Hermannus, cujus verba sunt; *Omitte in Sophoclis loco νόμιζε,*

*et habebis sensum qui in verbis inest: ὅπου δρᾶν, ἂ βούλεται πάρα, αὐτὴ ἢ πόλις χρόνω ποτέ | εἰς βυθὸν ἔπεσεν. Scilicet ἔπεσεν ut ἀπέδωκεν supra v. 129. ἔπαυσε v. 240.*



363. εἰ μὴ τι κερδαίνουσιν ἢ τεχνωμένην;] *Aut* εἰ abundat, inquit Reiskius, *aut f. sic constituendus versus* μὴ κερδάναι τι θέλουσιν ἢ τεχνωμένην. Recte dixit εἰ abundare. In hac enim constructione plerumque omittitur. Ita noster Hipp. 1331. ἐπεὶ, σάφ' ἴσθι, Ζῆνα μὴ φοβουμένη, | οὐκ ἂν ποτ' ἦλθον εἰς τόδ' αἰσχύνης ἐγώ. Id est, εἰ μὴ ἐφοβούμην. Alexis apud Athenaeum p. 362. D. οὐ γὰρ ἂν ποτε | θοιμάτιον ἀπενέγκαιμι, μὴ φύσας πτερά. Id est, εἰ μὴ φύσαιμι. Similia passim occurrunt. Vide Schaeferum Meletem. Crit. p. 57. Rarius εἰ μὴ cum participio.

364. οὐδ' ἂν προσεῖπον, οὐδ' ἂν ἠψάμην χερσῶν.] Vertit Portus, *neque allocuta essem, neque attigissem manibus*. Sed hoc esset, οὐτ' ἂν προσεῖπον, οὐτ' ἂν ἠψάμην χερσῶν. Tu verte, *ne allocuta quidem essem, neque &c.* Si legeretur οὐκ ἂν προσεῖπον, sensus esset, *non allocuta essem, neque &c.*

365. ὁ δ' εἰς τοσοῦτον μωρίας ἀφικέτο,] Ennius, *Ille transversa mente mihi hodie tradidit teragula*. Vide ad v. 359.

366, 7. ὥστ' ἐξὸν αὐτῷ τὰμ' ἐλεῖν βουλευματα, | γῆς ἐκβαλόντι,] *Mihi magis arridet ἐκβαλόντα*. Vide ad φέρουση v. 437. ἀνοίξαντα v. 644. πάσχουσαν v. 797. κτανούση v. 1206. Sed non malum est ἐκβαλόντι.

369. θῆσω, πατέρα τε καὶ κόρην, πόσιν τ' ἐμόν.] Rom. D. E. πατέρα τε καὶ κόρην. Rom. A. B. πατέρα καὶ κόρην. Rom. C. πατέρα τε κόρην. Vide ad ἄγριον ἦθος v. 102. x

<sup>a</sup> Λίαν priore producta scripturam haud raro corruptit. Apud Euripidem Andr. 867. edidit Aldus, ὦ παῖ τότε λίαν οὐτ' ἐκεῖν' ἐπῆνεσα. Item v. 1235. μηδέν τι λίαν γε δυσφρονεῖν παρήνεσα. Alia exempla collegerunt Brunckius aliique. His adde Aristophanem Vesp. 872. παῦσόν τ' αὐτοῦ τουτὶ τὸ λίαν στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος. Peri-

suasus sum hoc τουτὶ μέτρι causa inventum esse. Longe praestat τοῦτο τὸ λίαν.

<sup>b</sup> Noster Hec. 863. βραδὺν δ', Ἀχαιοῖς εἰ διαβληθήσομαι. Heracl. 423. κἀγὼ πολίταις μὴ διαβληθήσομαι. In his διαβεβλήσεται metrum corrumpet, nisi scriberetur etiam εἴτι et μήτι, quae reponere nimiae esset audaciae.



v. 825. Sed praesens ἀπαίρομεν defendunt exempla ad ἐξεργάζεται v. 888. allata.

909, 10. παῖδες δ' ὅπως ἂν ἐτραφῶσιν σῆ χειρὶ, | αἰτοῦ Κρέοντα τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.] *Mallet*, inquit Brunckius, παῖδας δ', ὅπως &c. Parum refert, sed vulgata paullo melior videtur.

909. Rom. A. B. C. D. ἐτραφῶσι, quod admisit Brunckius. Beckius ἐτραφῶσιν revocavit, Porsonus ἐτραφῶσι.

911. Οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι. πειρᾶσθαι δὲ χρή.] Reiskius οὐκ οἶδα μὲν εἰ πείσαιμι. *Nam alias soloecissat oratio*, inquit, *quum ἂν non ad οἶδα sed ad πείσαιμι pertineat; neque est in vet. ed. quae οὐκ οἶδα εἰ πείσαιμι dat.* Hervagiana prima cum plerisque sequentium ante Barnesium, οὐκ οἶδ' εἰ πείσαιμι. *Videtur legendum οἶδά γ' εἰ πείσαιμι*, inquit Canterus. Hac conjectura posthabita, Aldinam revocavit Barnesius. Porsonus οὐκ οἶδ' ἄρ' εἰ πείσαιμι. *Mutavi literam*, ait, *saepe cum altera confusam.* Male eum fecisse ostendunt alia ejus constructionis exempla, quae attulit Matthiae Gramm. Gr. §. 598. c. Euripides Alc. 49. Λαβῶν ἴθ'. οὐ γὰρ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμί σε. Plato Timaeo p. 26. B. ἐγὼ, ἂ μὲν χθὲς ἤκουσα, οὐκ ἂν οἶδα εἰ δυναίμην ἅπαντα ἐν μνήμῃ πάλιν λαβεῖν. Ordo est, οὐκ οἶδα εἰ δυναίμην ἂν. Aristophanes Av. 1018. ME. Ὑπάγοιμί τ' ἄρ' ἂν. ΠΕΙ. Νῆ Δί', ὡς οὐκ οἶδά γ' εἰ | φθαίης ἂν. ἐπικεῖνται γὰρ ἐγγὺς αὐταί. Tantum abest ut soloecum sit οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι, ut particula ἂν omissa non οὐκ οἶδα εἰ πείσαιμι sed οὐκ οἶδα εἰ πείσω dici debeat. Matthiae vulgatam revocavit. Ceterum liquet e proximis Medaeae verbis, verba οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι idem significare quod φόβος εἰ πείσω v. 181. id est, *vereor ut persuadeam, non puto me persuasurum.* In ceteris etiam exemplis verba οὐκ οἶδα εἰ significant *vereor ut.* Hoc moneo, ut ostendam quantum intersit inter Graeca οὐκ οἶδα εἰ et Latina *nescio an.* Haec enim verba apud probatos scriptores affirmandi sensum habent. Graeca contra aut negant, aut rem in medio relinquunt, ut hujus fabulae v. 71. ὁ μέντοι μῦθος εἰ σαφὴς ὄδε, | οὐκ οἶδα.

912, 3. Σὺ δ' ἀλλὰ σὴν κέλευσον αἰτεῖσθαι πατρὸς | γυναῖκα,] Id est, *Si ipse hoc a Creonte petere dubitas, uxorem a patre petere jube.* Hoc ἀλλὰ nostra lingua valet *then.* Exempla indicavi ad Heracl. 565. quorum unum et alterum hic plenius apponam. Aristophanes Ach. 185. ΔΙ. Οἱ δ' οὖν βοώντων. ἀλλὰ τὰς σπονδὰς φέρεις; | ΑΜ. Ἐγωγε, φημί, τρία γε ταυτὶ γεύματα. | αὐταί μὲν εἰσι πεντέτερες. γεῦσαι λαβῶν. | ΔΙ. Αἰβοῖ. ΑΜ. Τί ἔστιν; ΔΙ. Οὐκ ἀρέσκουσίν μ', ὅτι | ὄζουσι πίττης καὶ παρασκευῆς νεῶν. | ΑΜ. Σὺ δ' ἀλλὰ τασδὶ τὰς δεκέτερες γεῦσαι λαβῶν. Ibid. 1026. ΓΕ. Ἀπόλωλα τῶφθαλμῳ, δακρῦων τῶ βόε. | ἀλλ' εἴτι κήδει Δερκέτου Φυλασίου, | ὑπάλειψον εἰρήνη με τῶφθαλμῶ ταχύ. | ΔΙ. Ἀλλ' ὦ πόνηρ', οὐ δημοσιεύων τυγχάνω. | ΓΕ. Ἰθ', ἀντιβολῶ σ', ἣν πως κομίσωμαι τῶ βόε. | ΔΙ. Οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κλᾶε πρὸς τοὺς Πιπτάλου. | ΓΕ. Σὺ δ' ἀλλὰ μοι σταλαγμὸν εἰρήνης ἔνα | εἰς τὸν καλαμίσκον ἐνστάλαξον τουτονί. Hoc enim diversum est a priori petitione.



913. παῖδας τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.] Brunckius ex ingenio παῖδας σούς ἀφιέναι φυγῆς. *Nauseam mouet, inquit, toties repetita haec clausula τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα, hic praesertim, quum post duos interjectos versus iterum recurrat. Sed in hoc loco nullus dubito, quin oscitantiae librarii debeat. Vera fortasse est Brunckii suspicio, cujus tamen conjecturam recte repudiavit Beckius. Hujusmodi repetitionibus nihil usitatius in vulgatis tragicorum exemplis. Dicit Eteocles apud Euripidem Phoen. 481. ὥστ' αὐτὸς ἄρχειν αὐθις ἀνὰ μέρος λαβῶν, deinde septem versibus interpositis, οἰκεῖν δὲ τὸν ἐμὸν οἶκον ἀνὰ μέρος λαβῶν. Neque praeterea legitur ἀνὰ μέρος in tota Atticorum poësi.*

915. εἴπερ γυναικῶν ἐστὶ τῶν ἄλλων μία.] Sic Aldus. Lasc. ἐστὶ. Rom. A. ἔστι.

917, 8. πέμψω γὰρ αὐτῇ δῶρ', ἃ καλλιστεύεται | τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν (οἷδ' ἐγὼ) πολὺ,] Rom. C. αὐτῇ, male quidem, sed fortasse consulto.

919. λεπτόν τε πέπλον καὶ στέφος χρυσήλατον] Rom. C. στέφος. Rom. A. B. D. Flor. Par. B. D. Cott. πλόκον, quod admisi. Legebantur haec verba etiam post v. 768. ubi plerique libri πλόκον.

922. εὐδαιμονήσει δ' οὐχ ἔν, ἀλλὰ μυρία,] Lasc. ἀλλ' εἰς μυρία.

923. ἀνδρός γ' ἀρίστου σοῦ τυχοῦσ' ὀμευνέτου,] Rom. C. ἀνδρός γ' ἀρίστου. Rom. A. B. Par. A. (qui hunc v. in margine scriptum exhibet) ἀνδρός τ' ἀρίστου, quod admisit Brunckius. Rom. A. C. D. ὀμευνέτου.

924, 5. κσεκτημένη τε κόσμον, ὃν ποθ' Ἡλῖος | πατὴρ πατὴρ δίδωσιν ἐκγόνοισιν οἷς.] Rom. C. πατὴρ πατὴρ. Rom. A. B. D. Lasc. πατὴρ πατὴρ, quod admisit Matthiae. Schol. Πατὴρ πατρί δίδωσι ἐκγόνοισιν οἷς.) ἦτοι ἀντὶ γονεῦσιν, ἢ τοῖς ἑαυτοῦ μὲν ἐγγόνοις, τούτεστι παισίν, ἵνα τοῦτο λείπη. Nihil hinc colligi potest, nisi grammaticum legisse πατὴρ priore loco.

925. Ὅς, *suus*, non valde frequentatur a tragicis. Aeschylus tamen λιτῶν τῶν ὦν dixit Theb. 646. Sophocles ὦν παίδων Oed. C. 1639. τῶν ὦν τέκνων Trach. 266. τὸν δὲ προσμένουσ' ἀκοιταν ibid. 525. τῶν ὄπλων τῶν ὦν Aj. 442. Apud Euripidem Hel. 1134. ὦν ἀλόχων pro τῶν ἀλόχων metri caussa reposuit Matthiae. Plato etiam τὰ ἀδάκρυα Rep. IH. p. 394. A.

926. λάζυσθε φερνάς τάσδε, παῖδες, εἰς χέρας,] Schol. Φερνήτης.) ἢ προίξ. λάβετε, φησὶ, τὴν ἐμὴν φερνήν, ἣν εἰσηνεγκάμην τῷ πατρὶ ὑμῶν, καὶ ἀποκομίζετε τῇ νύμφῃ. Male. Quo sensu dicatur φερνάς, declaravi ad v. 768.

927, 8. καὶ τῇ τυράννῳ μακαρία νύμφη δότε | φέροντες.] Lasc. τυράννων. Vide ad v. 1027.

928. οὗτοι δῶρα μεμπτὰ δέξεται.] Schol. Οὗτοι δῶρα.) τοῦτο διπλῆν ἔχει τὴν ἔννοιαν, μίαν μὲν ἣν ὁ Ἰάσων ἐκδέχεται, ὅτι οὐκ ἀπόβλητα αὐτῇ τὰ δῶρα, ἀλλὰ θαυμαστά· ἑτέραν δὲ ἣν αὐτῇ κρύπτει, ἀντὶ τοῦ, οὐ γελάσει τὸ δῶρον ὡς ἀσθενές, ἀναιρήσει γὰρ αὐτήν.

930, 1. δοκεῖς σπανίζειν δῶμα βασιλείου πέπλων; | δοκεῖς δὲ χρυσοῦ;] Lasc. δοκῆς—δοκεῖς. Rom. C. βασιλείων.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



Σκύθας, ἄνδρας οὐδαμόθι γῆς ἄστει νέμοντας. Plato Protagora p. 310. A. Τῆς παρελθούσης νυκτὸς ταυτησί, ἔτι βαθέος ὄρθρου, Ἴπποκράτης ὁ Ἀπολλοδώρου υἱὸς, Φάσωνος δὲ ἀδελφὸς, τὴν θύραν τῆ βακτηρία πάνυ σφόδρα ἔκρουε. Aeschines in Timarchum p. 284. C. πρῶτον μὲν τὸν ἀδελφιδοῦν τοῦ Ἴφικράτους, υἱὸν δὲ Τισίου τοῦ Ῥαμνουσίου, ὀμάνυμον δὲ τοῦ νυνὶ κρινομένου Τιμάρχου. In his omnibus recticetur μὲν in priore membro, quod tamen interdum exprimitur. Noster Oeneo Fragm. i. 3. Τυδεὺς, τόκος μὲν Οἰνέως, πατὴρ δ' ἐμὸς, | ᾤκησεν Ἄργος. Interdum etiam in utroque membro est τε. Assentior Marklando legenti in Iph. A. 1153. καὶ τῷ Διὸς τε (vulgo γε) παῖδ', ἐμῷ τε συγγόνω, | ἵπποισι μαρμαίροντ' ἐπεστρατευσάτην. Sophocles Trach. 405. Πρὸς τὴν κρατοῦσαν Δηάνειραν, Οἰνέως | κόρην, δάμαρτά θ' Ἑρακλέους (εἰ μὴ κυρῶ | λεύσσω μάταια) δεσπότην τε τὴν ἐμήν. Verte, *Dejaniram Oenei filiam, quae et uxor Herculis est, et mea domina.* Quod si τε non est in priore membro, non potest esse in posteriore, nisi hujus subjectum, ut vocant, diversum sit a subjecto prioris. Optime vulgo legitur apud Euripidem El. 612. ΟΡ. Τί δῆτα δρῶντες τοῦδ' ἂν ἐξικοίμεθα; | ΠΡ. Κτανῶν Θυέστου παῖδα, σὴν τε μητέρα. Aegisthum scilicet et Clytaemnestram. Sequentia vero loca emendatione egere mihi videntur. Aeschylus Ag. 1592. Ἀτρεὺς γὰρ ἄρχων τῆσδε γῆς, τούτου πατὴρ, | πατέρα Θυέστην τὸν ἐμὸν (ὡς τορῶς φράσαι) | αὐτοῦ τ' ἀδελφὸν, ἀμφίλεκτος ὦν κράτει, | ἠνδρηλάτησεν ἐκ πόλεως τε καὶ δόμων. Euripides Andr. 24. καὶ γὰρ δόμοις τοῖσδ' ἄρσεν' ἐντίκτω κόρον, | πλαθειῶσ' Ἀχιλλέως παιδί, δεσπότη τ' ἐμῷ. Cum priore loco de solo Thyesta sermo sit, altero de solo Neoptolemo, illio repone αὐτοῦ δ' ἀδελφὸν, hic δεσπότη δ' ἐμῷ. Minus recte Brunckius δεσπότη γ' ἐμῷ. Haec tamen scriptura reponenda videtur in Iph. A. 1455. πατέρα τὸν ἀμὸν μὴ στύγει, πόσιν τε σόν. Lego πόσιν γε σόν, *patitum scilicet tuum, quem odisse non debes* c. Confer Andr. 247. Ἐλένη νιν ᾤλεσ', οὐκ ἐγὼ, μήτηρ γε σή. Bacch. 923. Τί φαίνομαι δῆτ'; οὐχὶ τὴν Ἰουῶς στάσιν, | ἢ τὴν Ἀγαύης ἐστάναι, μητρός γ' ἐμῆς; In his γε valet *scilicet*.

941. ἰκετεύετ', ἐξαιτεῖσθε μὴ φυγεῖν χθόνα,] Verba τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα ter jam habuimus in fine senarii, v. 768. 910. 913. Primo loco nonnulli libri φυγεῖν, secundo tertioque omnes φεύγειν. Saltem nemo enotavit φυγεῖν. Quarto loco Rom. C. φυγεῖν, Rom. A. B. Lasc. Par. A. φεύγειν, quod admisit Brunckius. In hac diversitate perexigua est librorum auctoritas. Edidit Aldus apud Euripidem Hipp. 1066. Ποῖ δῆτα τλήμων τρέψομαι; τίνος ξένων | δόμους ἔσειμι, τῆδ' ἐπ' αἰτία φεύγων; In quinta senarii sede usitatiora sunt θανεῖν, κτανεῖν, λιπεῖν, παθεῖν, τεκεῖν et similia, quam θνήσκειν, κτείνειν, λείπειν, πάσχειν, τίκτειν. Θανεῖν, verbi caussa, in ea sede habet Euripides Hec. 396. Or. 1206. Med. 238. Alc. 699. Iph. A. 1252. Iph. T. 1004. 1066. Rhés. 759. Heracl.

c Mavult Reisigius p. 190. πόσιν δὲ σόν. Sed hoc esset, μὴ πατέρα τὸν ἐμὸν, ἀλλὰ

σὸν πόσιν στύγει. Noster Phoen. 632. καὶ εἰ σοι, πόλις, γίνηται, μὴ μὲ, τόνδε δ' αἰτιῶ.



444. 963. 1016. Ion. 1401. Herc. 289. El. 1265. Sed idem saepius θνήσκειν et similia usurpavit, quam ut sollicitari debeat φεύγειν Med. 768. 910. 913. Ita Andr. 1235. κάγω γάρ, ἦν ἄκλαυστ' ἐχρῆν τίχτειν τέκνα. Iph. A. 312. ἀλλ' εὐκλβές τοι δεσποτῶν θνήσκειν ὑπερ. Ibid. 490. σκοπῶν ἐσειδόν, ολον ἦν κτείνειν τέκνα. Herc. 70. ἐγὼ δὲ καὶ σὺ μέλλομεν θνήσκειν, γέρον. Ibid. 156. τοὺς Ἡρακλείους παῖδας οὐ θνήσκειν χρέων. Ibid. 284. ἡμᾶς δ' ἐπειδὴ δεῖ θανεῖν, θνήσκειν χρέων. Haec exempla ostendunt, nihil referre utrum quintus pes senarii tragici spondeus an iambus sit, modo utraque syllaba eadem voce contineatur. Hoc semel iterumque jam monui. Vide ad v. 88. 277. Dedi igitur μὴ φεύγειν χθόνα cum Brunckio aliisque, ut in primis tribus locis.

942. κόσμον διδόντες.] Mag. κόσμον φέροντες. Vulgatam agnoscit scholiastes.

942, 3. τοῦδε γὰρ μάλιστα δεῖ, | εἰς χεῖρ' ἐκείνης δῶρα δέξασθαι τάδε.] Rom. A. a corr. C. ἐκείνης. Rom. A. ante corr. B. D. Flor. Lasc. Par. B. D. Put. ἐκείνην, quod ex Porti conjectura admisit Barnesius. Scaliger ἐκείνη.

946. Νῦν ἐλπίδες οὐκέτι μοι παίδων ζωᾶς,] Porsonus ζόας. Idem ζόης Hec. 1108. [1090.] Si quis cum Brunckio, inquit, primam in ζωῆς corripi posse contendat, iudicio suo fruatur. Matthiae ζοῆς in Hecuba, ζωᾶς in Medea dedit, licet syllaba prior utrobique corripiatur. Formam vulgarem Atticis omnino abjudicandam suspicor. Legitur praeterea apud Aeschylum Theb. 945. (ubi Blomfieldius ζοᾶ) apud Euripidem Phoen. 1531. Hipp. 816. (ubi Monkius ζόαν) Iph. T. 150. (de quo vide Mus. Crit. Cant. T. II. p. 280.) 846. Tro. 254. Herc. 664. El. 121. denique apud incertum tragicum, quem allegat Porsonus ad Hec. 1090. Ex tot exemplis nullum est, in quo prior syllaba necessario producat. Revocavi igitur ζόας, cujus loco ζωᾶς legere per me licet. Apud Herodotum, ni fallor, vulgo ζόη. Ζωός, vivus, apud Atticos non exstare videtur. Ζῶον, animal, frequenter ab illis usurpatur, sed rectius scribitur ζῶον, ut jam monui ad Euripidis Suppl. 969. Diarii Class. T. XVI. p. 34. Hanc scripturam passim exhibet Platonis editio Aldina. Ζάειν pro ζῆν dixit Sophocles Oed. C. 1213. El. 158.

947. οὐκέτι. στείχουσι γὰρ εἰς φόνον ἤδη.] Rom. C. οὐκ ἔστι. Vide ad κούκ ἔστ' ἐκεῖνος v. 76. Idem εἰς φόνον. Rom. A. B. D. Lasc. Par. A. ἐς φόνον.

948. δέξεται νύμφα χρυσέων ἀναδέσμων,] Rom. A. B. C. ἀναδέσμων. Lasc. ἀναδεσμέων. Porsonus ἀναδεσμῶν. Matthiae iterum ἀναδέσμων. Hesychius: Ἀναδέσμη. μήτρα, ἀνάδημα. οἱ δὲ εἶδος κόσμου ἐπὶ κεφαλῆς. Scribendum igitur ἀναδεσμῶν, vel potius ἀναδεσμᾶν.

949. δέξεται δύστανος ἄταν,] Rom. A. B. D. δέξεται δύστηνος. Rom. C. Mag. δέξεται ἄ δύστανος. Lasc. δέξεται ἄ δύστανος, unde Brunckius δέξεθ' ἄ δύστανος. Porsonus vulgatam revocavit. Matthiae ut Brunckius.



950, 1, 2. ξανθᾶ δ' ἀμφὶ κόμα | θήσει τὸν Ἀΐδα κόσμον αὐτὰ ταῖν  
 χεροῖν λαβοῦσα.] Brunckius τὸν Αἶδα κόσμον. Deinde Rom. C.  
 Lasc. αὐτὰ χεροῖν. Rom. A. B. Par. A. αὐτὴ χεροῖν. In Rom. A.  
 supra scriptum γρ. αὐτά. Hi omnes ταῖν omittunt. Rom. D.  
 etiam αὐτά. Hervagiana prima typographi errore ταῦτα ταῖν  
 χεροῖν. Eodem vitio laborant pleraeque sequentium ante Com-  
 melinianam, quae ex emendatione Porti ταῦτα ταῖν χεροῖν exhibet.  
 Ab hac scriptura deceptus Reiskius, κραιπνὰ, *velociter*, *avide*,  
 legendum conjecit. Musgravius αὐτὰ ταῖν χεροῖν edidit, sed ex  
 corrupta superiorum edd. scriptura τ retinuit, et κόσμον τ' pro  
 κόσμον dedit. Copulam recte expulit Brunckius. Porsonus αὐτά  
 γ' ἐν χεροῖν. Matthiae iterum αὐτὰ ταῖν χεροῖν. Suspiciosum  
 est hoc ταῖν, quod non agnoscunt codices. Sive servetur, sive  
 omittatur, versus cum antistrophico 959. non congruit.

953, 4. Πείσει χάρις, ἀμβρόσιός τ' αὐγὰ πέπλου, | χρυσεότευκτον  
 στέφανον περιθέσθαι.] Rom. C. ἀμβρόσιος τ' αὐγὰ πέπλου. Rom. A.  
 ante corr. D. ἀμβρόσιος αὐγὰ πέπλων. Rom. A. a corr. B. ἀμ-  
 βρόσιός τ' αὐγὰ πέπλων. In A. supra scriptum πέπλου. Flor.  
 Lasc. Par. A. Mag. Cott. etiam πέπλων, quod admisit Brunck-  
 ius. Schol. Αὐτὰ πέπλων.) τὸ ἐξῆς, αὐτὰ χάρις ἀμβρόσιος πέπλων  
 πείσει παραθέσθαι (sic) χροῖ χρυσότευκτον στέφανον. Is igitur in  
 exemplo suo πείσει χάρις ἀμβρόσιος αὐτὰ πέπλων habuit. Sive  
 πέπλου legatur, sive πέπλων, ineptam sententiam praebet vul-  
 gata scriptura, novae nuptae scilicet persuasuram esse venu-  
 statem divinumque splendorem *perli*, ut *coronam* capiti im-  
 ponat. Reiskii conjecturam, πέπλους χρυσεότευκτόν τε στέφανον, a  
 Musgravio aliisque omnibus omnino neglectam esse miror.  
 Reiskium secutus, πέπλον, χρυσότευκτόν τε στέφανον admittere  
 haud dubitavi. De χρυσότευκτον *mox*. Πέπλον vero potius  
 quam πέπλους scripsi, quia fluctuant libri inter πέπλου et πέπλων,  
 quorum utrique similis est πέπλον quam πέπλους. Ceterum in-  
 tellige τὴν χάριν τοῦ πέπλου, καὶ τὴν αὐγὴν τοῦ στεφάνου.

954. Porsonus: *Hic versus non omnino cum strophico congruit.*  
*Scio, quam periculosum sit nova verba confingere, sed analogiae*  
*conveniret χρυσεόπλεκτον.* Quod ad metrum attinet, idem efficit  
 χρυσότευκτόν τε quod χρυσεόπλεκτον. Hinc est, quod χρυσότευκτον  
 potius quam χρυσεότευκτον edidi. Illam formam exhibet scholi-  
 astes. Aeschylus Theb. 666. εἴ νιν κατάξει χρυσότευκτα γράμματα.  
 Idem Περρραϊβίσιν apud Athenaeum p. 499. A. Ποῦ μοι τὰ πολλὰ  
 δῶρα κἀκροθίνια; | ποῦ χρυσότευκτα κἀργυρᾶ σκυφώματα; Apud Eu-  
 ripidem Phoen. 228. scripti codices χρυσεοτεύκτοις, sed metro  
 convenientius est χρυσοτεύκτοις, quod exhibet Aldina. Apud  
 Euripidem etiam vulgo leguntur χρυσεοβόστρυχος, χρυσεόκυκλος,  
 χρυσεόμαλλος, χρυσεόνωτος, χρυσεοπήνητος, χρυσεοσάνδαλος, χρυσεοστέ-  
 φανος, χρυσεόστολος, χρυσεότυπος, χρυσεοφάλαρος, quorum nonnulla  
 metro adversantur. Matthiae τὸν χρυσοστέφανον κόραν reposuit  
 Ion. 1085. ἐπὶ δὲ χρυσοτύπῳ κρᾶνει praeunte Seidlerero El. 470.  
 χρυσόμαλλον κατὰ δῶμα ποιμέναν *ibid.* 725.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





buisse. Eadem est ratio duorum dativorum παισίν et βιοτᾷ, quae duorum accusativorum in Homericō illo τί δέ σε φρένας ἔκετο πένθος similibusque. Noster Iph. T. 852. Ἐγὼ δ' ἄ μέλεος οἶδ' ὄτε φάσγανον | δέρα θῆκέ (f. φῆκέ) μοι μελεόφρων πατήρ. Tro. 630. Ἄκουσον, ὡς σοι τέρψιν ἐμβάλω φρενί. Heracl. 63. Βούλει πόνον μοι τῆδε προσθεῖναι χερί; Incertus Rhés. 266. Ἡ πόλλ' ἀγρώσταις σκαιὰ πρόσκειται φρενί.

962, 3. ἀλόχῳ | τε σᾱ στυγερόν θάνατον.] Par. A. ἀλόχῳ τε σᾱ στυγερά̄ στυγερόν.

964. δύστανε, μοίρας ὅσον παροίχῃ.] Hunc versum omnino praetermisit Buchananus. Vertit Portus, *O infelix, quantam calamitatem ignoras. Mihi sensus esse videtur, quantum a pristina fortuna excidisti.*

965, 6. Μεταστένομαι δὲ σὸν ἄλγος, ὧ τάλαινα παίδων | μᾶτερ,] Μεταστένομαι, *simul gemo, in partem doloris sumo.* Noster Hec. 211. σὲ μὲν, ὧ μᾶτερ δύστανε βίου, | κλάω πανοδύρτοις θρήνοις | τὸν ἐμὸν δὲ βίον, λώβαν, λύμαν τ', | οὐ μετακλάομαι, ἀλλὰ θανεῖν μοι | ξυντυχία κρείσσων ἐκύρησεν.

966, 7. ἂ φονεύσεις | τὰ τέκνα νυμφιδίων ἔνεκεν λεχέων,] Rom. C. φονεύσεις. Rom. A. B. D. φονεύεις. Futurum habet noster v. 1248.

967. Rom. A. B. C. D. Lasc. τέκνα sine τά. Brunckius, quem sequuntur Beckius et Porsonus, σᾱ τέκνα. Matthiae τὰ τέκνα. Recte scripti libri τέκνα. Additum est τὰ propter ὀλέθριον v. 562.

*Ibid.* Rom. C. D. ἔνεκεν. Rom. A. B. ἔνεκε. Rom. A. ἔνεκε etiam v. 1054. 1083.

968, 9. ἂ σοι προλιπὼν ἀνόμῳς, | ἄλλη ξυνοικεῖ πόσις συνεύνῳ.] Matthiae ἄλλα.

974. Τί συγχυθεῖς ἔστηκας, ἠνίκ' εὐτυχεῖς; | τί σὴν ἔτρεψας ἔμπαλιν παρηίδα, | κοῦκ ἀσμένῃ τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχῃ λόγον;] Secundum tertiumque versum Valckenario apud Piersonum Verisim. p. 59. Musgravioque obsecutus delevit Brunckius, revocavit et uncinis inclusit Matthiae. Musgravii quidem sententia retineri posset tertius versus, quamquam non valde repugnat quo minus cum secundo deleatur. Totidem verbis supra leguntur v. 983, 4. nisi quod ibi pro τί σὴν ἔτρεψας legitur στρέψασα λευκήν. Illud autem ἔτρεψας manifestum νοθείας indicium est. Si per metrum licuisset, ἔστρεψας scripsisset falsarius, idque metro repugnante exhibent Rom. A. C. Mag. *Pro ἔτρεψας correxeram ἔστρεψας,* inquit Piersonus. Recte quidem, si solius sententiae ratio habenda esset. Dixit enim Euripides στρέψασα πάλλευκον δέσσην v. 30. λευκήν τ' ἀπέστρεψ' ἔμπαλιν παρηίδα v. 1117. καὶ πάλιν στρέψεις κᾶρα v. 1121. πρόσωπον ἔμπαλιν στρέφοντα Hec. 343. σύ τ' αὖ πρόσωπον πρὸς κασίγνητον στρέψε Phoen. 460. Quo sensu non dicitur τρέπε.

975. Αἰ̄ αἰ̄.] Rom. C. D. αἰ̄. αἰ̄. Rom. A. B. αἰ̄. αἰ̄. αἰ̄. αἰ̄. Brunckius αἰ̄, αἰ̄, αἰ̄. Porsonus bis ut vulgo. De accentu vide ad v. 272.

977, 8. Μῶν τιν' ἀγγέλλων τύχην | οὐκ οἶδα, δόξης δ' ἐσφάλην εὐαγγέλου;] Rom. B. C. uterque a corr. ἀγγέλλων. Rom. A. C. ante



corr. Lasc. ἀγγέλων. Sic etiam Hervagiana secunda aliaeque. Rom. B. ante corr. ἀγγέλω. Gl. in Rom. A. B. μηνύων. Mag. ἀγγέλλω. Schol. Μῶν τιν' ἀγγέλω τύχην.) ἢ μὲν Μήδεια &c.

977. Τύχην pro συμφορὰν, ut Heracl. 714. Ἦν δ' οὖν (ὁ μὴ γένοιτο) χρήσονται τύχη. Non opus igitur Reiskii conjecturis στυγνὰ et λύπην. Aliam rationem vide ad v. sequentem. Rom. C. ante corr. τύχης.

978. Rom. A. ante corr. δόξης ἐσφάλην. Nimirum fuisse videntur, qui haec verba ita ordinarent: Μῶν ἀγγέλλων οὐκ οἶδα τίνα τύχην, δόξης ἐσφάλην εὐαγγέλου. Hinc fortasse est, quod Lasc. τιν' cum accentu exhibet.

980. Τί δὴ κατηφεῖς ὄμμα, καὶ δακρυῤῥοεῖς;] Rom. A. C. D. τί δὲ κατηφεῖς. Rom. B. Lasc. Par. A. Mag. τί (Lasc. τι) δαὶ κατηφεῖς. In Rom. C. etiam supra scriptum αἰ. Lasc. in margine ἢ habet. Pseudogregorius v. 730. τί δ' αὖ κατηφεῖς, probante Valckenario ad Phoen. 1668. improbante vero Brunckio. Cujus scripturae exemplum praebet v. 333. Τί δ' αὖ βιάζει, κοῦκ ἀπαλλάσσει χθονός; Sed praestare videtur Τί δὴ κατηφεῖς. Δαὶ tragicis abjudicarunt Brunckius et Porsonus.

Ibid. Noster Heracl. 633. Τί χρῆμα κείσαι, καὶ κατηφές ὄμμα ἔχεις. Plutarchus de Vitioso Pudore p. 528. E. Ὡς γὰρ τὴν κατήφειαν ὀρίζονται λύπην κάτω βλέπειν ποιούσαν, οὕτω τὴν αἰσχυνηλίαν μέχρι τοῦ μηδὲ ἀντιβλέπειν τοῖς δεομένοις ὑπείκουσιν, δυσωπίαν ὠνόμασαν. De hac voce dixit Schleusnerus Lexico N. T. occasione sumpta a Jacobi verbis c. iv. 9. ὁ γέλως ὑμῶν εἰς πένθος μεταστραφήτω, καὶ ἡ χαρὰ εἰς κατήφειαν. Apud Homerum exstant κατηφῆς, κατηφίη, κατηφεῖν, περὶ κατήφονες Il. Ω. 253. de quo consulendi interpretes. Κατηφῆς nostra lingua significat *dejected*.

981. Πολλή μ' ἀνάγκη, πρέσβυ.] Noster Phoen. 1667. AN. Ἦ γὰρ γαμοῦμαι ζῶσα παιδὶ σῶ ποτε; | KP. Πολλή σ' ἀνάγκη. ποῖ γὰρ ἐκφεύξει λέχος; Hic Πολλή γ' ἀνάγκη Barnesius, quod utrobique rependum censet Valckenarius, propterea quod ita legitur apud Sophoclem Oed. C. 293. El. 309. Euripidem Hec. 395. Alc. 378. Apud Sophoclem quoque Trach. 295. πολλή γ' ἀνάγκη pro πολλή δ' ἀνάγκη legendum arbitratur. Sed exemplorum numerum minuerunt nuperi editores. Apud Sophoclem Oed. C. 293. Trach. 295. πολλή 'στ' ἀνάγκη edidit Brunckius. Apud Euripidem Alc. 378. neminem esse credo, quin cum Monkio legere malit, Πολλή μ' ἀνάγκη, σοῦ γ' ἀπεστερημένοις. Nulla igitur caussa est, quare sollicitetur vulgata nostri loci scriptura, quam agnoscit scholiastes. Plena oratio est, πολλή ἀνάγκη ἐστὶ με δακρύειν, et in altero, quod mutavit Barnesius, πολλή ἀνάγκη ἐστὶ σε γαμῆσθαι. Noster v. 787. ἐπεὶ κακὴν κακῶς | θανεῖν σφ' ἀνάγκη τοῖς ἐμοῖσι φάρμακοῖς. Cum dativo v. 242.

981, 2. ταῦτα γὰρ θεοί, | κἀγὰ κακῶς φρονοῦσ' ἐμηχανησάμην.] Notanda constructio.

983. Θάρσει. κρατεῖς τοι καὶ σὺ πρὸς τέκνων ἔτι.] Schol. Θάρσει.) ἔτι θαρσεῖν ὀφείλεις. καὶ γὰρ εἰ καὶ φεύγειν μέλλεις, τῇ τῶν παίδων ὑπο-



στάσει καὶ ζωῇ ὅμως ἰσχὺν ἔχει τὰ κατὰ σέ, καὶ εὐελπὶς εἶ τούτοις πρὸς τὸ μέλλον συμβιῶναι. τὸ δὲ ἔτι καὶ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος κεῖται. τὸ οὖν κρατεῖς ἀντὶ τοῦ νενίκηκας, καὶ εὐτύχηκας τὸ ὅσον ἐπὶ τοῖς τέκνοις. ὡς εὐελπὶς εἶ πρὸς τὸ μέλλον. Ita vulgatam explicare conatur grammaticus. Buchananus, probante Heathio; *Animo bono es, per liberos potentiae | adhuc prioris magna superest portio. Por-tus: Confide tu: obtines n. adhuc, et in tua potestate habes liberos.* Ut constet haec interpretatio, verba κρατεῖς πρὸς τέκνων ἔτι pro τέκνων κρατεῖς πρόσέτι per tmesin poni monet. Secundum Portum Latine vertit et explicat Barnesius. Reiskius vero κρατεῖς πρὸς τέκνων, *vincis per liberos.* Sed respondet Medea, "Ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἢ τάλαιν' ἐγώ. Ubi fieri nequit, quin κατάξω, de cujus interpretatione mox dicetur, e paedagogi verbis derivatum sit. Confert Musgravius Euripidem Iph. A. 658. ΙΦ. "Ολοιντο λόγχοι, καὶ τὰ Μενέλεω κακά. | ΑΓ. "Ἄλλους ὀλεῖ πρόσθ', ἀμὲ διολέσαντ' ἔχει. Sic etiam El. 221. ΗΛ. "Ω Φοῖβ' "Ἀπολλον, προσπίτνω σε μὴ θανεῖν. | ΟΡ. "Ἄλλους κτάνοιμ' ἂν μᾶλλον ἐχθίους σέθεν. Musgravius igitur pro κρατεῖς τοι scribendum censet κατάξῃ, *redix fies, redibis.* Activum futurum usurpat Aeschylus Theb. 652. δίκη δ' ἄρ' εἶναι φησὶν, ὡς τὰ γράμματά | λέγει· Κατάξω τ' ἄνδρα τόνδε, καὶ πόλιν | ἔξει πατρώαν, δωμάτων τ' ἐπιστροφάς. Ibid. 966. εἶ νιν κατάξει χρυσότευκτα γράμματα, | ἐπ' ἀσπίδος φλύοντα σὺν φοίτῳ φρενῶν. Euripides Phoen. 430. Δισσοῖς Ἄδραστος ὤμοσεν γαμβροῖς τόδε, | ἄμφω κατάξειν εἰς πάτραν, πρόσθεν δ' ἐμέ. Musgravii conjecturam admisit Brunckius. *Felices hujusmodi in Euripidem prolatae conjecturae non paucae, inquit, Poetam magis exornant, ejusque studiosos non minus juvant, quam multa commentariorum ampla volumina, Oxoniensibusque operis duodecim circiter millium mendorum veniam impetrant.* Porsonus vero, repudiato κατάξῃ, literarum vestigiis paullo propius insistens κάτει τοι edidit, quod non solum hoc nomine praestat, verum etiam quia κατέρχομαι, cujus futurum est κάτειμι, saepius legitur eo sensu, quem his verbis tribuit Musgravius, quam κατάγομαι. Aeschylus Ag. 1292. φυγὰς δ' ἀλήτης τῆσδε γῆς ἀπόξενος | κάτεισιν, ἄτας τᾶσδε θριγκώσων φίλοις. Idem κατέρχομαι eodem sensu Cho. 3. κατῆλθες Theb. 1000. κατελθὼν Ag. 1656. Eum. 465. Vide etiam Herodotum a Porsono allegatum. III. 45. IX. 26. Suspiciatur Porsonus, vulgatam κρατεῖς τοι ortum ex Sophoclis Aj. 1352. Παῦσαι. κρατεῖς τοι τῶν φίλων νικώμενος.

984. "Ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἢ τάλαιν' ἐγώ.] Schol. "Ἄλλους κατάξω.) τὸν ἐσόμενον τῶν παίδων φόνον πάλιν προοδύρεται, ἀσήμως δὲ, ὑπὲρ τοῦ μὴ συνιέναι τὸν παιδαγωγόν. τὸ μὲν οὖν ἄλλους ἀντὶ τοῦ τοῦ τούτους, τὸ δὲ κατάξω ἀντὶ τοῦ πέμψω εἰς τὸν Αἴδην. Recte κατάξω explicat grammaticus. Plenius noster Alc. 24. ἤδη δὲ τόνδε θάνατον εἰσορῶ πέλας, | ἱερέα θανόντων, ὅς νιν εἰς Αἴδου δόμους | μέλλει κατάξειν. Admisso κάτει τοι, nascitur διπλῆ ἔννοια, cum alio sensu Medae verba accipiat paedagogus, atque ipsa proferat. Initio versus legebat Duportus, teste Barnesio, "Ἄλλ' οὐς κατάξω, *Sed quos ego*





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



atque alius grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 328. I. Eurpolis Δήμοις: Α. Ἀναθῶμέν νυν χήμεϊς τούτοις τασὸι τὰς εἰρεσι-  
 ώνας, | καὶ προσαγήλωμεν ἐπελθόντες. χαίρετε πάντες. Β. Δεχόμεσθα.  
 Ita pro τὰς διττὰς εἰρεσιώνας Porsonus apud Gaisfordium ad He-  
 rphaestionem p. 278. II. Aristophanes Pac. 395. καὶ σε θυσίαι-  
 σιν ἰε|ραῖσι προσόδοις τε μεγά|λαισι διὰ παντὸς, ᾧ | δέσποτ', ἀγαλοῦμεν  
 ἡμεῖς αἰί. Ita fere vulgo, rectius quam apud grammaticos. III.  
 Hermippus Ἀρτοπώλισι: Φέρε νῦν ἀγήλω τοὺς θεοὺς ἰοῦσ' ἐγὼ, | καὶ  
 θυμιάσω, τοῦ τέκνου σεσωσμένου. Alii οἶους ἐγὼ, alii ἰοῦσ' ἔσω. Le-  
 gendum ἰοῦσ' ἐγὼ jam monui ad v. 88. IV. Theopompus Pe-  
 nelopa: καὶ σε τῆ νομηνία | ἀγαλματίοις ἀγαλοῦμεν αἰὲ καὶ δάφνη.  
 Hactenus haec. Nostro loco ἀγήλαι significat κοσμηῆσαι, de quo  
 sensu consulendus Ruhnkenius ad Timaeum p. 4. Gl. in Par.  
 Β. θεάσασθαι a grammatico valde indocto profecta est. Hesy-  
 chius: Ἀγῆλαι. σεμνῦναι, ἀναθεῖναι, κοσμηῆσαι, καὶ εἰς ἀγέλην ἀγαγεῖν.  
 Ibid. λαμπάδας τ' ἀνασχέθειν.] Dedi ἀνασχεθεῖν. \*Ἐσχεθον enim  
 aoristus est, nec nisi forma diversum ab ἔσχον, quod ejus  
 locum invasit apud Euripidem Phoen. 411. Hipp. 1289. Idem  
 Alcmaeone Fr. xii. xiii. Γυναῖκες, ὀρμήθητε, μήδ' ἀθυμία | σχέθη τις  
 ὑμᾶς. ταῦτα γὰρ σχεθρῶς ὀραῖν | ἡμᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην.  
 Ubi soloecum esset σχέθη, si praesens esset σχέθω. Vide ad He-  
 racl. 272.

Ibid. Similem querelam edit Jocasta Phoen. 346. ἐγὼ δ' οὔτε  
 σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς | νόμιμον ἐν γάμοις, | ὡς πρέπει ματέρι μακα-  
 ρία' | ἀνυμέναία τ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη | λουτροφόρου χλιδαῖς. Nam το-  
 παλαιὸν τὰς μητέρας τῶν γαμούντων ἐν τοῖς γάμοις δαδουχεῖν ἔθος ἦν,  
 monente scholiasta ad Apollonii IV. 1145. Meminit hujus  
 moris noster etiam Iph. A. 732. Λιποῦσα παῖδα; τίς δ' ἀνασχήσει  
 φλόγα; Clytaemnestrae verba sunt domum redire jussae relicta  
 filia.

Ibid. Inter hunc v. et sequentem Par. A. unius versiculi va-  
 cuum spatium exhibet.

996. ᾧ δυστάλαινα, τῆς ἐμῆς αὐθαδίας.] Sic pleraeque editiones.  
 Nonnullae auctore Beckio, ni fallor, ᾧ δυστάλαινα τῆς ἐμῆς αὐθα-  
 δίας. Quae ratio longe melior est. Noster Heracl. 448. ᾧ δυσ-  
 τάλαινα τοῦ μακροῦ βίου σέθεν. Hipp. 570. ᾧ δυστάλαινα τῶν ἐμῶν  
 παθημάτων. Ibid. 1407. ᾧ δυστάλας σὺ τῆσδε συμφορᾶς, πάτερ.  
 El. 1109. οἴμοι τάλαινα τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. Plato Phaedone  
 p. 58. Ε. εὐδαίμων μοι ὁ ἀνὴρ ἐφαίνετο, ᾧ Ἐχέκρατες, καὶ τοῦ τρόπου  
 καὶ τῶν λόγων, ὡς ἀδεῶς καὶ γενναίως ἐτελεύτα. Hoc exemplum  
 attulit Matthiae Gramm. Gr. §. 348.

997. ἄλλως ἄρ' ὑμᾶς, ᾧ τέκν', ἐξεθρεψάμην,] Hunc v. et sequen-  
 tem propter ἄλλως allegant scholiastes Venetus ad Il. Ψ. 144.  
 et Etymologus p. 68, 39. monente Valckenario ad Phoen.  
 1152. De ἄλλως ἄρα vide ad v. 1229.

998. ἄλλως δ' ἐμόχθουν, καὶ κατεξάνθη πόνοις,] Noster Tro. 752.  
 ᾧ νέον ὑπαγκάλισμα μητρὶ φίλτατον, | ᾧ χρωτὸς ἠδὲ πνεῦμα, διὰ κενῆς  
 ἄρα | ἐν σπαργάνοις σε μαστὸς ἐξέθρεψ' ὄδε, | μάτην δ' ἐμόχθουν, καὶ



κατεξάνθη πόνους. *Quandoquidem interpolatum est Medae drama, ait Valckenarius, versus illic videri posset e Troasin insertus: sed contra deberi suspicor in Troasin histrionibus, qui loci meminere e Medea.* Haec ad verba πρὶν κατεξάνθαι βολαῖς Phoen. 1152. Καταξάινειν proprie est *carminare*, vel potius *carminando consumere*. Euripides Ion. 1266. Λάζυσθ', ἴν' αὐτῆς τοὺς ἀκηράτους πλόκους | κόμης καταξήνωσι Παρνασοῦ πλάκες, | ὄθεν πετραῖον ἄλμα δισκευθήσεται. Aristophanes Ach. 318. Εἰπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ᾧ δημόται, | μὴ οὐ καταξάινειν τὸν ἄνδρα τοῦτον εἰς φοινικίδα; Tragicī vero, ut alia multa, ita hoc verbum longissime a vera significatione deflectunt. Dixit Euripides Herc. 284. ἡμᾶς δ' ἐπειδὴ δεῖ θανεῖν, θνήσκειν χρεῶν | μὴ πυρὶ καταξανθέντας, ἐχθροῖσιν γέλων | διδόντας, οὐμοὶ τοῦ θανεῖν μεῖζον κακόν.

999. στερῖρας ἐνεγκοῦσ' ἐν τόκοις ἀλγηδόνας.] Rom. A. στεράς. Femininum στερῖρά legitur etiam apud Aeschylum Prom. 1051. Euripidem Hec. 1295. Iph. T. 206. Sed hic στερῖρός ἀνθρώπου φύσις dixit Hec. 296.

1000, 1. ἡ μὴν ποθ' ἡ δύστηνος εἶχον ἐλπίδας | πολλὰς ἐν ὑμῖν,] Herodotus V. 36. εἰ δὲ τὰ χρήματα κατααιρεθείη τὰ ἐκ τοῦ ἱροῦ τοῦ ἐν Βραγχίδῃσι, τὰ Κροῖσος ὁ Λυδὸς ἀνέθηκε, πολλὰς εἶχε ἐλπίδας ἐπικρατήσῃ τῆς θαλάσσης.

1003, 4. νῦν δ' ὄλωλε δὴ | γλυκεῖα φροντίς.] Rom. C. D. ὄλωλε δὴ. Rom. A. B. ὄλωλε δὴν.

1006, 7. ὑμεῖς δὲ μητέρ' οὐκέτ' ὄμμασιν φίλοις | ὄψεσθ', ἐς ἄλλο σχῆμ' ἀποστάντες βίου.) Schol. 'Αποστάντες βίου.) ἄλλου βίου λέγει τοῦ κατὰ τὸν Αἴδην, ὡς κὰν τοῖς κατοικομένοις οὔσης τινὸς ἐτέρας πολιτείας.

1008. φεῦ φεῦ, τί προσδέρκεσθέ μ' ὄμμασιν, τέκνα;] Rom. B. C. D. ὄμμασιν τέκνα. In B. supra scriptum γρ. φίλοις. Rom. A. ὄμμασι φίλοις supra scripto γρ. τέκνα. Huc retractum φίλοις e v. 1006.

1010, 1, 2. αἶ αἶ, τί δράσω; καρδία γὰρ οἴχεται. | γυναῖκες, ὄμμα φαιδρὸν ὡς εἶδον τέκνων, | οὐκ ἂν δυναίμην.] Ita pleraeque edd. ante Musgravium, qui minimam distinctionem post οἴχεται, plenam post τέκνων ponendam recte monuit. Hanc rationem secutus est Buchananus: *Hei misera, quid agam? mulieres, mihi deficit | cor intuenso blanda lumina liberum. | Nequeo.* Schol. Γυναῖκες ὄμμασιν.) πρὸς τὰς τοῦ χοροῦ λέγει. θέλει δὲ εἰπεῖν, ὅτι τὸν φόνον οὐκέτι μου ἢ ψυχὴν τολμᾶ, ἀλλὰ λυομαι ταῖς τῶν ὀφθαλμῶν χάρισιν ἀτενιζόντων εἰς ἐμὲ τῶν φιλτάτων.

1011. Lasc. Cott. ὄμμα τερπνόν. Praestat vulgata ὄμμα φαιδρὸν, licet hoc adjectivum alibi apud Euripidem non exstet. Sed dixit Or. 891. τὸ δ' ὄμμ' αἰεὶ | φαιδρωπὸν ἐδίδου τοῖσιν Αἰγίσθου φίλους. Aeschylus Ag. 529. εἴ που πάλαι, φαιδροῖσι τοισίδ' ὄμμασι | δέξασθε κόσμῳ βασιλέα πολλῶ χρόνῳ. Sophocles Oed. C. 319. οὐκ ἔστιν ἄλλη. φαιδρά γ' οὖν ἀπ' ὀμμάτων | σαίνει με προστείχουσα.

1012, 3. χαιρέτω βουλευματα | τὰ πρόσθεν.] Flor. Cott. ἐρρέτω βουλευματα. Schol. Χαιρέτω βουλευματα.) διὰ τὸ σφάξαι τὰ τέκνα.



καὶ ἐλθέτω, φησὶν, ὁ ἐπὶ τῷ φράσαι μου τὰ τέκνα κρατήσας λογισμός. Scripsisse videtur, καὶ ἀπελθέτω, φησὶν, ὁ ἐπὶ τῷ σφάξαι &c.

1016. οὐ δῆτ' ἔγωγε. χαιρέτω βουλευμάτα.] Schol. Οὐ δῆτ' ἔγώ.) ὅτι μετάνοι' ἐστίν. οὐκ ἂν ἐγὼ φονεύσαιμι, ἀλλὰ μεθείσθω μοι οὐ (leg. ὁ) κρατήσας τοῦ φόνου λογισμός. γράφεται δὲ καὶ παύηται βουλευμάτων. Sic ed. Veneta. Barnesius, γράφεται δὲ καὶ παύσομαι βουλευμάτων. Praestat fortasse παύομαι βουλευμάτων, quod exhibet Par. D. pro var. lect.

1017. καίτοι τί πάσχω; βούλομαι γέλωτ' ὄφλειν,] Post hunc versum mutilus est Rom. D. usque ad finem tragoediae. Quae sequuntur igitur in tribus tantum Romanis exstant.

1019, 20. τολμητέον τὰδ'. ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης, | τὸ καὶ προέσθαι μαλθακοὺς λόγους φρενί.] Rom. C. φρενί. Rom. A. B. Lasc. φρενός. Qui genitivum invexerunt, legisse videntur κακῆς, ita vero distinxisse: ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κακῆς, | τὸ καὶ προέσθαι μαλθακοὺς λόγους, φρενός. Id est, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κακῆς φρενός ἐστι, τὸ καὶ προέσθαι μαλθακοὺς λόγους. Ita fere noster Hipp. 936. Φεῦ τῆς βροτείας, ποῖ προβήσεται, φρενός; Sed recte se habet substantivum κάκης. Hesychius: Κακή. πελία. ἢ κακία, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης. κακουχίας. Vide an legendum: Κάκη. κακία. Πελιάσιν· ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης. κακουχίας. Huic conjecturae non valde repugnat, quod verba τῆς ἐμῆς κάκης in Medea leguntur. Fieri potest ut in utraque tragoedia fuerint, quod v. 676. monet scholiastes. Sed veri similis est, grammaticum in fabulae nomine errasse. De quo errore nonnihil dixi v. 73. Plerique tamen interpretes aliter corrigunt, nempe ita: Κάκη. δειλία ἢ κακία. &c. Allegant Euripidem Iph. T. 676. καὶ δειλίαν γὰρ καὶ κάκην κεκτήσομαι, | Ἄργει τε, Φωκέων τ' ἐν πολυπτύχῳ χθονί. Plura de κάκη si quis requirit, praeter Hesychii interpretes adeat Ruhnkenium ad Timaeum p. 152. Vertit Buchananus: Sed meae est ignaviae | hoc crimen: animo molliora suggero | verba. Portus: Nam ignaviae meae est | hoc, quod et istos molles sermones animo cogitatos propulerim. Sed προέσθαι neque suggerere neque proferre significat, sed projicere, perdere, quo sensu ἀναλῶσαι usurpat noster v. 319. ρίψαι v. 1371.<sup>d</sup> Addit autem φρενὶ eodem fere sensu quo Hec. 299. Ἐκάβη, διδάσκου, μηδὲ τῷ θυμουμένῳ | τὸν εὖ λέγοντα δυσμενῆ ποιοῦ φρενί.

1021, 2. χωρεῖτε, παῖδες, εἰς δόμους. ὅτῳ δὲ μὴ | θέμις παρεῖναι τοῖς ἐμοῖσι θύμασιν,] Rom. C. θύμασιν. Rom. A. B. Flor. Lasc. Par. ompes, Mag. δώμασιν. Malo nihilominus vulgatam, inquit Musgravius. Eam quoque longe praestare monet Porsonus.

1023. αὐτῷ μελήσει.] Hervagiana prima aliaque nonnullae solenni vitio μελλήσει. Haec verba cum superioribus ita explicat scholiastes: "Ὅτῳ δὲ μὴ.) ὅτῳ δὲ, φησὶν, οὐκ εὐσεβὲς φαίνεται

<sup>d</sup> Noster Iph. A. 1191. ἤκων δ' ἐς Ἄργος προσπέσοις τέκνοισι σοῖς; | ἀλλ' οὐ θέμις σοι. τίς δὲ καὶ πρόσβλέψεται | παίδων σ', ἐὰν αὐτῶν προθέμενος κτάνης τινά; Musgravius

προσπεσῆ. Porsonus ad Phoen. 1373. ὅτῳ ἂν προθέμενος. Utramque conjecturam admisit Matthiae. Dubitanter corrigo ἴν' αὐτῶν, audacter προέμενος.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





*Ibid.* Extra versum est ᾶ ᾶ, ut Or. 275. ᾶ ᾶ. τί δῆτα μέλλετ' ;  
ἐξακρίζετ' αἰθέρα | πτεροῖς, τὰ Φοίβου αἰτιᾶσθε θέσφατα. Nescio  
quo casu factum sit, ut in Musgravi<sup>o</sup> editione haec interjectio in  
sequentem versum rejecta sit, vel potius media inter duos posita.

*Ibid.* Rom. C. μὴ σύ γ' ἐργάση τάδε. Rom. A. B. μήποτ' ἐργάση  
τόδε. In A. τόδε supra scriptum habet τά. Vide ad v. 72.

1025. ἕασον αὐτοὺς, ᾧ τάλαν. φεῖσαι τέκνων.] Malim ᾧ τάλας.

1024. ἐκεῖ μεθ' ἡμῶν ζῶντες, εὐφρανοῦσί σε.] Gl. in Par. A. ἐν' Αθή-  
ναις. Deinde Rom. C. εὐφρανοῦσί σε. Rom. A. B. εὐφρανοῦσί με.

1027. μὰ τοὺς παρ' Αἴδην νερτέρους ἀλάστορας,] Rom. C. Schol.  
παρ' ἄδην. Rom. A. B. παρ' ἄδη. In A. supra scriptum ν.  
Praestat dativus in hac sententia, quem vel ex conjectura ad-  
mittendum monui Mus. Crit. Cant. T. I. p. 365. Sophocles  
Oed. T. 971. τὰ δ' οὖν πάροντα συλλαβῶν θεσπίσματα, | κεῖται παρ'  
Αἴδη Πόλυβος, ἄξι' οὐδενός. Aj. 634. Κρείσσων παρ' (vulgo γὰρ) Αἴδη  
κεύθων ἢ (alii δ) νοσῶν μάταν. Euripides Herc. 146. ἢ τὸν παρ' Αἴδη  
πατέρα τῶνδε κείμενον | πιστεύεθ' ἤξειν. Idem Heracl. 949. ὅς καὶ  
παρ' Αἴδην ζῶντά νιν κατήγαγες. Hic recte se habet accusativus.  
Dativum tamen exhibent tres scripti codices, quos inspexi.  
Errores nati videnti e confusione literarum ν et ι adscriptae.  
Quod de τυράννων v. 927. monuit Porsonus.

1028, 9. οὗτοι πότ' ἔσται τοῦθ', ὅπως ἐχθροῖς ἐγὼ | παῖδας παρήσω  
τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι.] Lasc. οὗτοί ποτ', ut jam dixi ad v. 185.  
Rom. A. οὗτοι πόθ' (sic) supra scripto γρ. πῶς. Idem ἔσται τόδ'  
supra scripto γρ. τοῦθ'.

1030, 1. πάντως σφ' ἀνάγκη κατθανεῖν. ἐπεὶ δὲ χρῆ, | ἡμεῖς κτενοῦ-  
μεν, ὅπερ ἐξεφύσαμεν.] Idem versus vulgo leguntur etiam post  
v. 1208. Priore loco a scholiasta agnoscuntur. Hic tamen  
delendos censet Piersonus Verisim. p. 59. cui assentitur Mus-  
gravius. Secus videtur Valckenario ad Phoen. 1286. priore  
scilicet loco versus ab Euripide positos esse, in alterum ab  
histrionibus invectos. Hunc sequuntur Brunckius, Beckius et  
Porsonus. Matthiae utrobique quidem eos exhibet, sed poste-  
riore loco uncinis inclusit.

1031. Utrobique fluctuant libri inter κτενοῦμεν et κτανοῦμεν.  
Rom. C. utrobique κτενοῦμεν ut Aldus. Rom. A. B. utrobique  
κτανοῦμεν. Lasc. hic κτενοῦμεν γ', infra κτανοῦμεν. Vide ad κατα-  
κτανῶ v. 774.

1032. πάντως πέπρακται ταῦτα, κούκ ἐκφεύζεται.] Rom. A. C.  
πέπρακται. Rom. B. Lasc. Par. E. Mag. Put. Cott. πέπρωται, quod  
admisit Brunckius. In Rom. A. etiam supra scriptum ω. Ae-  
schylus Prom. 49. "Ἀπαντ' ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοίρανεῖν. Abres-  
chius ἐπρώθη legendum contendit, quae forma nescio an nus-  
quam exstet.

1033, 4. καὶ δὴ 'πὶ κρατὶ στέφανος, ἐν πέπλοισί τε | νύμφη τύραννος  
ἔλλυται,] Rom. C. ἐν πέπλοισί τε. Rom. A. B. ἐν πέπλοισι δέ.

1034. σάφ' οἶδ' ἐγώ.] Sic Aldus v. 933. ubi Lasc. σάφ' οἶδ' ὅτι.  
Hic uterque σάφ' οἶδ' ἐγώ. Schaeferus Meletem. Crit. p. 92.



utrobique mavult σάφ' οἶδ' ὅτι, quia scilicet legitur Phoen. 1611. ἦδ' ἡ θανοῦσα; ζῶσά γ' ἄν, σάφ' οἶδ' ὅτι. Equidem utramque formam bonam puto.

1035, 6, 7. ἀλλ' εἶμι γὰρ δὴ τλημονεστάτην ὁδὸν, | καὶ τούσδε πέμψω τλημονεστέραν ἔτι | παῖδας. προσειπεῖν βούλομαι.] Ita distinguit Aldus, secundum quem reddit Buchananus: *ingrediar iter | miserrimum jam, miserius etiam meos | missura natos per iter. alloqui lubet.* Rectius edd. recentiores post ἔτι plenam aut mediam distinctionem, post παῖδας vero nullam habent. Sed ne sic quidem omnino recte. Distinguendum: ἀλλ' εἶμι γὰρ δὴ τλημονεστάτην ὁδὸν, | καὶ τούσδε πέμψω τλημονεστέραν ἔτι, | παῖδας προσειπεῖν βούλομαι. Similiter v. 1311. ἀλλ' οὐ γὰρ ἄν σε μυρίοις ὄνειδεσι | δάκοιμι, τοιόνδ' ἐκπέφυκέ σοι θράσος, | ἔρρ', αἰσχροποιὲ καὶ τέκνων μισαιφόνε. Magnam exemplorum copiam congegessit Schaeferus Meletem. Crit. p. 76, 7. cujus liber ad manus meas nondum pervenerat, cum annotationem ad Heracl. 481. scripsi. E meis duo hic arponam. Euripides 1318. ἀλλὰ γὰρ Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο συννεφῆ | πρὸς δόμους στείχοντα, παύσω τοὺς παρεστῶτας γόους. Herodotus V. 3. ἀλλὰ γὰρ τοῦτο ἄπορόν σφι καὶ ἀμήχανον μὴ κοτε ἐγγένηται, εἰσὶ δὴ κατὰ τοῦτο ἀσθενέες.

1036. Non video quibus rationibus adductus huno versum Euripidi abjudicet Piersonus Verisim. p. 60. *Unde pedem intulerit, inquit, dici non potest.*

1037, 8. δότ', ὦ τέκνα, | δότ', ἀσπάσασθε, μητρὶ δεξιὰν χέρα.] Reiskius δότ' ἀσπάσασθαι, *date ad osculandum.* Sic Rom. B. C. Par. A. B. D. E. Pseudogregorius v. 1316. Admisit hanc scripturam Musgravius. Rom. A. δότ' ἀσπάσασθε, et a corr. μητρὶ τε. Id est, ἀσπάσασθε, δότε τε μητρὶ δεξιὰν χέρα. Nonius Marcellus c. ii. p. 531, 32. *Cette significat dicite, vel date, ab eo quod cedo.*—Ennius Medea: *Salvete optima corpora, cete manus vestras, measque accipite.* Mercerus ex Euripide citat δότ' ἀσπάσασθαι.

1039. ὦ φίλτάτη χεῖρ, φίλτατον δέ μοι στόμα,] Beckius φίλτατόν τε. Alteram particulam, quam revocavit Porsonus, recte se habere ostendunt exempla ex hac fabula petita, quorum pleraque licet ad Heracl. 874. dederim, non abs re erit hic iterum afferre. V. 97. Τόδ' ἐκεῖνο, φίλοι παῖδες. μήτηρ | κινεῖ κραδίαν, κινεῖ δὲ χόλον. V. 131. Ἐκλυον φωνὰν, ἔκλυον δὲ βοὰν | τᾶς δυστάνου Κολχίδος. V. 393. Πικροὺς δ' ἐγὼ σφιν καὶ λυγροὺς θήσω γάμους, | πικρὸν δὲ κῆδος, καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονός. V. 748. νῦν καλλίνικοι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν, φίλαι, | γενησόμεσθα, κεῖς ὁδὸν βεβήκαμεν. | νῦν δ' ἐλπίς ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς τίσειν δίκην. V. 930. δοκεῖς σπανίζειν δῶμα βασίλειον πέπλων; | δοκεῖς δὲ χρυσοῦ; V. 997. ἄλλως ἄρ' ὑμᾶς, ὦ τέκν', ἐξεθρεψάμην, | ἄλλως δ' ἐμόχθουν, καὶ κατεξάνθη πόνους. Plura indicavi ad Sophoclis Aj. 1050. Δοκοῦντ' ἐμοὶ, δοκοῦντα δ' ὅς κραίνει στρατοῦ. Vide Mus. Crit. Cant. T. I. p. 474. Recte Vigerus p. 534. *Mèn, δὲ, serviunt etiam enumerationibus rerum, aut hominum, diversorum quidem, sed tamen eodem spectantium: ut apud Xenophontem:*



Ἐπαίνου ἕνεκα πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομένειν. Sic apud Gregorium, Ἐθεράπευε μὲν τὰ σώματα, ἔθεράπευε δὲ τὰς ψυχάς. Nihil refert, quod ad particulas attinet, utrum eadem vox in secundo membro repetatur, necne, modo eadem sit significatio. Sophocles Phil. 530. ᾠ φίλτατον μὲν ἡμαρ, ἡδιστος δ' ἀνὴρ, | φίλοι δὲ ναῦται, πῶς ἂν ὑμῖν ἐμφανῆς | ἔργῳ γενοίμην, ὡς μ' ἔθεσθε προσφιλή. Saepe etiam deest μὲν in priori membro, manente tamen δὲ in altero. Ea est nostri loci ratio, aliorumque quos congressi.

Ibid. Rom. C. στόμα. Rom. A. B. Lasc. Cott. κάρα, quod tacite admisit Porsonus. Matthiae revocavit στόμα. Librariorum oscitationi tribuendum videtur φίλτατον κάρα, eidem scilicet causae cui πάλλευκον κάρα v. 30. Dum haec dicit, liberos osculatur Medea. Στόμα igitur fortasse melius quam κάρα, licet legatur v. 1110. κυνεῖ δ' ὁ μὲν τις χεῖρ', ὁ δὲ ξανθὸν κάρα | παιδῶν. Noster v. 1366. Αἱ αἱ, φιλίου χρήζω στόματος | παιδῶν ὁ τάλας προσπτύξασθαι. Phoen. 1665. ᾠ φίλτατ', ἀλλὰ στόμα γε σὸν προσπτύξομαι.

1040. καὶ σχῆμα, καὶ πρόσωπον εὐγενῆς τέκνων,] Hoc exemplo utitur H. Stephanus Thes. L. G. v. Σχῆμα, qui idem valere putat Gallicum *maintien*.

1041. εὐδαιμονοῖτον,] Lasc. εὐδαιμονεῖτον eodem errore quo προσείσομεν v. 77. οἰκεῖμεν v. 546. Imperativus εὐδαιμονεῖτον huic sententiae non convenit. Non enim dicitur εὐδαιμόνει sed εὐδαιμονοίης. Vide Euripidem Phoen. 1093. Hipp. 105. Alc. 1140. El. 231. Reposui autem εὐδαιμονοίτην. Secundam personam dualem a tertia diversam non fuisse primus, ni fallor, monui ad Aristophanis Ach. 733. Recte vulgo legitur apud Sophoclem Oed. T. 1511. σφῶν δ', ᾧ τέκν', εἰ μὲν εἶχέτην ἡδὴ φρένας, | πόλλ' ἂν παρήνουν. Brunckius, qui εἶχετόν γ' ἡδὴ celato lectore reposuit, sanam scripturam corrumpit. Recte etiam Euripides Alc. 663. κἀντὶ τῶνδέ μοι χάριν | τοιάνδε καὶ σὺ χῆ τεκοῦσ' ἠλλαξάτην. Frustra Valckenarius ad Phoen. 1310. ἠλλάξατον. Vitiosa sunt apud Aeschylum ἤλθετον Ag. 1216. apud Sophoclem ἔφυτον Oed. C. 1379. ἔβητον ibid. 1696. ἀπεφύγετον ibid. 1739. ἐλάχετον ibid. 1746. apud Euripidem ὀρῶτον Alc. 273. ἠρκέσατον El. 1300. apud Aristophanem ξυνώμνυτον Eq. 236. ξυνέβητον Vesp. 862. ἤλθετον Av. 112. Thesm. 1169. ἐμέλλετον Plut. 103. φθάνοιτον ibid. 485. In his omnibus nihil metri refert, utrum ultima syllaba τον sit an την. Apud Aristophanem vero Nub. 1508. Aldus ὑβρίζετόν γ' edidit, eodem errore quo Brunckius εἶχετόν γ' apud Sophoclem. Plura vide ad Ach. 733.

1041, 2. ἀλλ' ἐκεῖ. τὰ δ' ἐνθάδε | πατὴρ ἀφείλετ'.] Ἐκεῖ, quod v. 1026. ἐν Ἀθήναις explicatur, hic ἐν Αἴδου significat. Noster Hec. 418. Ἐκεῖ δ' ἐν Αἴδου κείσομαι χωρὶς σέθεν. Iph. T. 481. μακρὸν δ' ἀπ' οἴκων χρόνον ἔσεσθ' ἐκεῖ κάτω<sup>e</sup>.

1042. ᾧ γλυκεῖα προσβολή,] Schol. προσβολή δε περίπτυξις, ἢ ἀντὶ

<sup>e</sup> Ita pro αἰὲ κάτω legendum monui Mus. Crit. Cant. T. II. p. 288. Contrarium errorem exhibet noster Ion. 24.

ὅθεν Ἐρεχθίδαις ἐκεῖ | νόμος τίς ἐστίν, ὄφεισιν ἐν χρυσηλάτοις | πρέφειν τέκν'. Lego, ὅθεν Ἐρεχθίδαις αἰὲ | νόμος τίς ἐστι.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



1049, 50. Πολλάκις ἤδη διὰ λεπτοτέρων | μύθων ἔμολον,] Quid sit διὰ μύθων ἔμολον, jam dixi ad v. 842. ἐγὼ δ' ἑμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην. Λεπτῶν μύθων meminit noster etiam *Fragm. Incert. xcviij.* μή μοι λεπτῶν θίγγανε μύθων, | μή μοι, ψυχῆ. τι περισσὰ φρονεῖς; | εἴ μὴ μέλλεις | σεμνύνεσθαι παρ' ὁμοίοις<sup>f</sup>.

1050, 1. καὶ πρὸς ἀμίλλαις | ἦλθον μείζους,] Sic tres Rom. nisi quod C. ἀμίλλαις habet. Brunckius clam edidit μείζους ἦλυθον. Vulgatam revocavit Porsonus. Deterior est Brunckii scriptura, tum quia idonea auctoritate carere videtur, tum quia versum minus numerosum reddit. Raro enim apud Sophoclem et Euripidem posteriorem dipodiae anapaesticae sedem occupat dactylus, nisi post dactylum in priori sede, ut hujus fabulae v. 354. ἦ δόμον, ἦ χθόνα σωτῆρα κακῶν. Mallem igitur μείζονας ἦλυθον quam μείζους ἦλυθον. Sed utrique praestat vulgata ἦλθον μείζους. Olim legebatur παῦρον δὴ γένος v. 1055. Πημαίνουσα σέ v. 1365. Sed haec exempla, quae sola in hac fabula exstabant, non amplius comparent. Nullum locum ob hanc solam causam sollicitandum censeo, quae tamen in locis alioqui suspitionis suspicionem haud parum auget. Hoc argumento Musgravii conjecturam ἐκ σοῦ v. 1381. impugnaturus sum g.

1051, 2. εἰ χρὴ γενεὰν | θῆλυν ἐρευνᾶν.] Sic tres Rom. aliique plerique. Sic etiam Schol. Πολλάκις ἤδη.) πολλάκις, φησὶ, κατ' ἑμαυτὴν ἐλογισάμην, καὶ δι' ἀκριβεστέρων λογισμῶν προῆλθον, αὐτὴ πρὸς ἑμαυτὴν λογιζομένη καὶ ζητοῦσα, εἰ δυνατὸν καὶ τῇ γυναικεῖα φύσει ἐρευνᾶν τὰ τοῦ βίου πράγματα, καὶ εἰδέναι, τί μὲν ἀνθρώποις καλὸν, τί δ' οὐ. Verba igitur εἰ χρὴ γενεὰν θῆλυν ἐρευνᾶν significant *utrum mulieres philosophari debeant*. Acquieverunt in hac interpretatione Buchananus aliique. Longe melius Par. A. ἦ χρὴ, quod admisit Musgravius.

1052, 3. ἀλλὰ γὰρ ἐστι | μοῦσα καὶ ἡμῖν,] Sic Rom. A. Lasc. ut Aldus. Brunckius ἀλλὰ γὰρ ἐστιν. Porsonus ἀλλὰ γὰρ ἔστιν. Vide ad δεσπότης γὰρ ἔστ' ἐμός v. 82.

1053—7. ἦ προσομιλεῖ | σοφίας ἕνεκεν· πάσαισι μὲν οὐ· | παῦρον δὴ γένος ἐν πολλαῖσιν | εὖροις ἂν ἴσως, | κούκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν.]

<sup>f</sup> Alterum μή μοι, quod vulgo deest, ex conjectura supplere malo, quam cum Valckenario *Diatrib. p. 248.* legere, ψυχῆ γε φίλη.

<sup>g</sup> Apud Sophoclem sequentia exempla reperi. I. *Oed. C. 146.* Δηλῶ δ'. οὐ γὰρ ἂν ᾧδ' ἀλλοτρίαις | ὄμμασιν εἶρπον. II. *Ibid. 1766.* ταῦτ' οὐκ ἔκλυε δαίμων ἡμῶν. Hic malim ἔκλυεν. III. *Ibid. 1773.* Δράσω καὶ πάδε, καὶ πάνθ' ὅπισ' ἂν | μέλλω πράσσειν πρόσφορὰ θ' ὑμῖν. IV. *Ant. 129.* πολλῶν βρέυματι προσισσομένους. V. *Trach. 1272.* Λείπου μηδὲ σὺ, παρβέν', ἐπ' οἴκων. VI. *Phil. 1463.* δόξης οὐποτε τῆσδ' ἐπιβάντες. VII. *El. 96.* φοίνιος Ἄρης οὐκ ἐξείνισε. Recte Brunckius e schol. οὐκ ἐξείνισεν. Apud Euripidem non multo plura leguntur

quam apud Sophoclem. I. *Andr. 1228.* δαίμων ὅδε τις, λευκὴν αἰθέρα | πορθμευόμενος. II. *Iph. A. 161.* θνητῶν δ' ὄλβιος εἰς τέλος οὐδεὶς. III. *Ion. 84.* ἄστρα δὲ φεύγει πύρι τῶδ' αἰθέρος | εἰς νύχθ' ἱεράν. IV. V. *Ibid. 102.* ἡμεῖς δὲ πόνους, οὐς ἐκ παιδός | μοχθοῦμεν αἰεὶ, πτόρθοισι δάφνης, | στέφετιν θ' ἱεροῖς ἐσόδους Φοίβου | καθαρῶς θήσομεν, ὑγραῖς τε πῆδον | βάνισιν νοτερόν· πτηνῶν τ' ἀγέλας, | αἰ βλάπτουσιν σέμν' ἀναθήματα, | φυγάδας θήσομεν. VI. *Ibid. 866.* φροῦσαι δ' ἐλπίδες, αἷς διαθέσθαι | χηρῆζουσα καλῶς, οὐκ ἐδυνήθη. VII. *El. 1219.* Θάρσει. Παλλάδος ὄσιαν ἦξεις | πόλι. ἀλλ' ἀνέχου. VIII. *Ibid. 1351.* οἷσιν δ' ὄσιον καὶ τὸ δίκαιον | φίλον ἐν βίῳ, τούτους χαλεπῶν | ἐκλύοντες μόχθων σώζομεν.



Rom. A. B. Lasc. Par. A. B. D. παῦρον δὲ δὴ γένος. In Rom. A. supra scriptum γρ. δέ τι. Rom. C. παῦρον δέ τι γένος. Deinde omnes, ut videtur, aut ἐν πολλαῖς aut ἐμπολλαῖς. Illud habent Rom. A. B. Lasc. hoc Rom. C. Bentleius ad Phalarin p. 141. παῦρον δὴ γένος ἐν πολλαῖσιν γ'. Quam conjecturam Heathio digniorem quam Bentleio censet Porsonus. Reiskius, παῦρον δὲ γένος ἐν πολλαῖσιν | εὖροις ἂν ἴσως | οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν. Brunckius ex conjectura Musgravii, παῦρον τόδε δὴ γένος ἐν πολλαῖς | εὖροις ἂν ἴσως, | οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν. Porsonus, παῦρον γὰρ δὴ γένος ἐν πολλαῖς | εὖροις ἂν ἴσως | οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν. Matthiae ut Brunckius. Equidem Reiskio assentior, reponendum esse δὲ, propter superiora verba πάσαισι μὲν οὔ. Ita Sophocles Ant. 255. ὁ μὲν γὰρ ἠφάνιστο, τυμβήρης μὲν οὔ. | λεπτή δ', ἄγος φεύγοντος ὡς, ἐπὴν κόνις. Phil. 545. ἐπεὶ περ ἀντέκυρσα, δοξάζων μὲν οὔ. | τύχη δὲ πως εἰς ταῦτόν ὀρμισθεῖς πέδον. El. 905. καὶ χερσὶ βαστάσασα, δυσφημῶ μὲν οὔ. | χαρᾶ δὲ πῖμπλημ' εὐθύς ὄμμα δακρύων. Ibid. 1036. Ἀτιμίας μὲν οὔ, προμηθείας δέ σου. Ita si semper locuti sunt tragici, quis non videt, neque παῦρον τόδε δὴ γένος cum Musgravio, neque παῦρον γὰρ δὴ γένος cum Porsono scribendum esse? Si codex ἀρχέτυπος hujus fabulae superesset, non is quidem quem histrionibus ediscendum dedit poëta, sed is qui annis octingentis aut nongentis post Christum natum in alicujus monasterii angulo repertus est, parum dubito quin in eo legeretur, παῦρον δὲ γένος ἐν πολλαῖς. Quam scripturam alii aliter majore studio quam successu emendare conati sunt. Quid multa? Scripsit Euripides, παῦρον δὲ γένος (μίαν ἐν πολλαῖς | εὖροις ἂν ἴσως) | οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν. Μίαν inserendum patet ex Heracl. 3<sup>2</sup>8. ἓνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως | εὖροις ἂν, ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός. Ex scholiastae verbis, οὐ πάσαις, ἀλλ' ὀλίγαις, ὧν οὔσα μία καὶ αὐτὴ τυγχάνω, eum μίαν in exemplari suo habuisse erit fortasse qui suspicetur.

1058—61. καὶ φημὶ βροτῶν οἵτινές εἰσι | πᾶμπαν ἄπειροι, μηδ' ἐφύτευσαν | παῖδας, προφέρειν εἰς εὐτυχίαν | τῶν γειναμένων.] Reiskius, quem nulla unquam metri cura sollicitum habet, καὶ δὴ φημὶ, dico ergo. *Alias pendet nexus ratiocinii, ait, et transitus ab uno argumento ad alterum.* Pendet καὶ a superioribus verbis Πολλάκις ἤδη—ἐρευνᾶν, quorum corrupta scriptura Reiskium fefellit.

1060. Rom. A. προσφέρειν, eraso tamen σ. Schol. καὶ λογίζομαι τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἀπείρους παιδοποιίας, πολλῶν προφέρειν καὶ ὑπερβάλλειν εὐτυχία τοὺς γεννήσαντας. Hoc sensu frequentius dicitur ὑπερφέρειν, de quo dixi ad Sophoclis Oed. T. 381. Euripidis Heracl. 554.

1062—5. οἱ μὲν τ' ἄτεκνοι δι' ἀπειροσύναν, | εἴθ' ἤδη βροτοῖς, εἴτ' ἀνιαρὸν | παῖδες τελέθουσ', οὐχὶ τυχόντες, | πολλῶν μόχθων ἀπέχονται.] Reiskius οἱ μὲν γ' ἄτεκνοι. *Hoc loci, inquit, valet γε idem atque γὰρ, ut saepe alias.* Admisit hanc conjecturam Porsonus. Addit tamen: *Sed cum illae particulae μὲν γε rarissime a Tragicis copulentur, si quis τ' expungat, non vehementer repugnem.* Apud



Aristophanem singulis fere paginis occurrit μέν γε. De tragicis autem recte statuisse videtur Porsonus, qui solum allegat Agathonem apud Aristotelēm Rhet. II. 19. p. 568. E. Καὶ μὴν τὰ μέν γε χρὴ τέχνη πράσσειν, τὰ δὲ | ἡμῖν ἀνάγκη καὶ τύχῃ προσγίγνεται. Vulgo τὰ μέν γε τῇ τύχῃ. Neque hoc exemplum aptum putat, quippe ubi γε non nisi propter particulas καὶ μὴν additum sit. Quod saepe fieri ipse monuit ad Phoen. 1638.

1062. Rom. B. C. ἀπειροσύναν. Rom. A. ἀπειροσύνην supra scripto αν. Vide ad v. 95. p. 97.

1064. Rom. A. B. οὐχὶ τυχόντες. Rom. C. οὐχ οἱ τυχόντες. Reiskius repetendum ἀπὸ κοινοῦ monet τέκνων. Cogitavi tamen οὐχὶ τεκόντες, inquit.

1066, 7. οἷσι δὲ τέκνων ἐστὶν ἐν οἴκοις | γλυκερὸν βλάστημ',] Rom. A. B. οἷσι δὲ τέκνων. Rom. C. Lasc. οἷσιν δὲ τέκνων, quod admisit Brunckius. Sed mox legitur ἤλυθε τέκνων v. 1077. σώματα τέκνων v. 1080. Revocavi igitur οἷσι δὲ τέκνων. Deinde Rom. A. ἐστὶν ἐν οἴκοις. Lasc. ut Aldus.

1067. Rom. A. C. Par. A. γλυκερὸν βλάστημ'. Rom. B. γλυκερὸν βλάστιμ'. Huc spectat gl. in A. τὰ βλάστημα δι' ἰῶτα. καὶ ἐστὶν ἢ εὐθεῖα τὸ βλάστιμον.

1067, 8. ἐσορῶ μελέτη | κατατροχομένους τὸν ἅπαντα χρόνον,] Rom. B. C. ἐσορῶ. Rom. A. Par. A. ὄρῶ. Schol. Ὀρῶ μελέτη.) τούτους, φησὶν, ὄρῶ τῇ περὶ τοὺς παῖδας συνεχεῖ καταπονουμένους μελέτη ἢ.

1069. πρῶτον μὲν ὅπως θρέψωσι καλῶς,] Rom. A. B. ὅπως θρέψωσι. Rom. C. ὅπως ἂν θρέψωσι. Subjunctivum agnoscit Schol. πρῶτον μὲν ὅπως ἀγάγωσι τοὺς παῖδας κοσμίως σπουδάζοντες. Vulgatum etiam sine vitii suspicione citat Valckenarius Diatr. p. 247. Recte ὅπως θρέψουσι Brunckius, quem vide ad v. suae ed. 325. nostrae 317. Ὅπως hic non significat ἵνα, sed ὅτῳ τρόπῳ.

1070. βίότον θ' ὀπόθεν λείψουσι τέκνοις.] Rom. A. a corr. βίότον θ'. Rom. C. βίοτον θ'. Rom. B. βίοτον δ'. Rom. A. ante corr. βίον θ'.

1071, 2, 3. ἔτι δ' ἐκ τούτων, εἴτ' ἐπὶ φλαύροις, | εἴτ' ἐπὶ χρηστοῖς | μοχθοῦσι, τόδ' ἐστὶν ἄδηλον.] Par. A. Mag. φαύλοις. Schol. τρίτον ἐπὶ τούτοις, οὐκ εἰδότες πότερον χρηστοῖς οὐσι τοῖς παισὶν ἢ πονηροῖς. Hoc sensu φλαῦρος potius quam φαῦλος dicendum statuunt grammatici, licet Aristophanes ea confuderit, auctore Moeride p. 385. Timaeus p. 268. Φαῦλον. ἀπλοῦν, ῥάδιον, εὐτελές. Idem p. 271. Φλαῦρον. πονηρόν. Vide hujus fab. v. 789.

1073. Lasc. ut Aldus τόδ' ἐστὶν ἄδηλον. Rom. A. τόδ' ἐστὶν ἄδηλον.

1074, 5. ἐν δὲ τὸ πάντων λοίσθιον ἤδη | πᾶσιν κατερῶ θνητοῖσι κακόν.] Schol. ἐν δὲ τὸ πάντων τῶν κακῶν τελευταῖον βούλομαι πᾶσιν ἀνθρώποις ἐξειπεῖν. Tres Rom. Lasc. πᾶσι. Deinde Rom. C. κακόν. Rom. A. B. κακῶν.

<sup>h</sup> Brunckius ad Theb. 784. hoc exemplo utitur in corrigendo Sophocle Phil. 1381. Ἄ σοί τε κάμμι κάλ' ὄρῳ τελούμενα. Sed ἐσορῶ, εἰδῶν et similia in senario tragico locum non habent. Vide

ad Euripidis Iph. T. 64. 333. Mus. Crit. Cant. T. II. p. 275. 285. Rectius alii καλ' ἂν ὄρῳ τελούμενα, id est, καλὰ ἂν γεγόμενα ὄρῳ, εἰ τελοῖτο.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





βεβούλεται τὰδε. Sophocles Oed. C. 1627. ὦ οὔτος, οὔτος Οἰδίπους, τί μέλλομεν | χωρεῖν; πάλαι δὴ τὰπὸ σοῦ βραδύνεται. Phil. 806. Ἄλγῳ πάλαι δὴ τὰπὶ σοὶ στένων κακά. Euripides Palamede Fragm. viii. Αἴας, πάλαι δὴ σ' ἐξερωτῆσαι θέλων, | σχολή μ' ἀπεῖργε. Aristophanes Av. 922. Πάλαι, πάλαι δὴ τήνδ' ἐγὼ κλήζω πόλιν. Xenophon Paed. VIII. 7, 1. καὶ ὁ μὲν πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ πάλαι δὴ, ὥσπερ εἰκὸς, ἔτετελευτήκεσαν αὐτῷ. Iterum confusa δὴ et τοι v. 1088.

1087. καρδοκῶ τὰκεῖθεν, οἱ προβήσεται.] Noster Heracl. 278. Ἀλκάθου δ' ἐπ' ἐσχάτοις, | καρδοκῶν τὰνθένδε, τέρμασιν μένει. Herodotus VII. 163. πέμπει—Κάδμον τὸν Σκύθῳ—ἐς Δελφοὺς καρδοκῆσοντα τὴν μάχην, τῇ πεσέεται. VII. 168. ἀνεκώχευον τὰς νέας, καρδοκῆοντες καὶ οὔτοι τὸν πόλεμον, τῇ πεσέεται. VIII. 67. Πάριοι δὲ ὑπολειφθέντες ἐν Κύθῳ, ἐκαρδοκῆον τὸν πόλεμον, τῇ ἀποβήσεται.

Ibid. Noster Or. 509. κἄπειθ' ὁ κείνου γενόμενος φόνῳ φόνον | λύσει, πέρας δὴ ποῖ κακῶν προβήσεται; Hipp. 342. Ἐκ τοι πέπληγμαί. ποῖ προβήσεται λόγος; Ibid. 936. Φεῦ τῆς βροτείας, ποῖ προβήσεται, φρενός; Alc. 788. τὸ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς οἱ προβήσεται. Prosae orationis scriptor, ni fallor, dixisset ὅποι προβήσεται tam in Medea quam in Alcestide. Cujus suspicionis causam breviter exponam. Nemo nescit idem inter οἱ et ὅποι interesse, quod inter ὅς et ὅστις. His igitur utamur, utpote magis familiaribus, potius quam illis. Optime Graece dicitur, οἰδᾶ σε, ὅς εἶ, *novi te, qui sis*, minus bene vero οὐκ οἰδᾶ σε, ὅς εἶ. Rectius ὅστις εἶ, vel etiam τίς εἶ. Idem obtinet, quocunque modo vel quibuscunque verbis se aliquid ignorare declarat quis. Non violavit hanc legem Sophocles, cum dixit Aj. 1259. οὐ σωφρονήσεις; οὐ μαθὼν ὅς εἶ φύσιν, | ἄλλον τίν' ἄξεις ἄνδρα δεῦρ' ἐλεύθερον, | ὅστις πρὸς ἡμᾶς ἀντὶ σοῦ λέξει τὰ σά; Neque Euripides Alc. 643. ἔδειξας εἰς ἔλεγχον ἐξιῶν, ὅς εἶ, | καὶ μ' οὐ νομίζω παῖδα σὸν πεφυκένας. Probe enim scit Agamemnon apud Sophoclem, quo genere ortus sit Teucer; Admetus apud Euripidem, quali ingenio sit Pheres. Aliter se res habet apud huno Iph. T. 767. σήμαινε δ' ᾧ χρὴ τὰσδ' ἐπιστολὰς φέρειν | πρὸς Ἄργος, ὅτι τε χρὴ κλύοντά σου λέγειν. Recte quidem ὅτι, secus vero ᾧ, quod in ὅτω mutandum esset, si per metrum liceret. Jam, opinor, satis intelligit lector, quare mihi displiceat οἱ in hoc versu, καρδοκῶ τὰκεῖθεν, οἱ προβήσεται. Ita tamen scripsisse Euripidem haud diffiteor. Scripsit etiam v. 334. Μίαν με μεῖναι τήνδ' ἕασον ἡμέραν, | καὶ συμπερᾶναι φροντίδ', ἧ (vel οἱ) φευξοῦμεθα. Sophocles etiam El. 1101. Αἴγισθον, ἐνθ' ᾧκηκεν, ἱστορῶ πάλαι. Ἐνθα enim non ὅπου sed οὔ valet. Ita scilicet subinde loquuntur tragici. Valde autem falleretur, qui hujusmodi exemplis, τὸ τῆς τύχης γὰρ φανερόν, οἱ προβήσεται, in ejus constructionis defensione uteretur.

1088, 9. καίτοι δέδορκα τόνδε τῶν Ἰάσονος | στείχοντ' ὀπαδῶν,] Rom. C. Pseudogregorius v. 123. καίτοι. Rom. A. B. Flor. Lasc. Par. A. καὶ δὴ, quod a Musgravio probatum admisit Brunckius. Euripides Hipp. 1151. Καὶ μὴν ὀπαδῶν Ἰπολύτου τόνδ' εἰσορῶ | σπουδῇ σκυθρωπὸν πρὸς δόμους ὀρμώμενον. Hinc καὶ μὴν



in Medea quoque legendum censet Valckenarius. Sed non eadem est utriusque sententiae ratio. Haec enim, de qua nunc agitur, pendet a superioribus verbis Φίλαι—προβήσεται. Altera nullum cum praecedentibus nexum habet.

*Ibid.* Rom. B. a corr. τῶν—ὄπαδῶν. Idem ante corr. τὸν—ὄπαδῶν. Lasc. τῶν—ὄπαδόν. Rom. A. C. Mag. τὸν—ὄπαδόν. In Rom. A. bis supra scriptum ὦν.

1089, 90. πνεῦμά τ' ἠρεθισμένον. | δείκνυσι δ' ὡς τι καινὸν ἀγγελεῖ κακόν.] Lasc. ἠρεσθισμένον. Verba πνεῦμά τ' ἠρεθισμένον vulgo a praecedentibus minima, a sequentibus vero plena distinctione separantur. Hinc Musgravius: *Malim, quia copula hoc in loco invenusta est, πνεῦμά γ'.* Deinde Pseudogregorius v. 126. δείκνυσι δ'. Lasc. Par. A. B. D. δείκνυσιν. Brunckius: καὶ δὴ δέδορκα—ὄπαδῶν, πνεῦμά τ' ἠρεθισμένον. | δείκνυσιν ὡς τι καινὸν ἀγγελεῖ κακόν. Porsonus: καὶ δὴ δέδορκα—ὄπαδῶν, πνεῦμά τ' ἠρεθισμένον | δείκνυσιν, ὡς τι καινὸν ἀγγελεῖ κακόν. Matthiae: καὶ δὴ δέδορκα—ὄπαδῶν, πνεῦμά τ' ἠρεθισμένον, | δείκνυσι δ', ὡς τι καινὸν ἀγγελεῖ κακόν. Ego Porsonum sequor.

1090, 1. ὦ δεινὸν ἔργον παρανόμως εἰργασμένη | Μήδεια, φεῦγε, φεῦγε,] Rom. C. παρανόμως εἰργασμένη. Rom. A. παρανόμως τ' εἰργασμένον. Rom. B. παράνομόν τ' εἰργασμένη, nescio an recte. Aristophanes Av. 1175. ὦ δεινὸν ἔργον καὶ σχέτλιον εἰργασμένος.

1091. Rom. C. φεῦγε semel tantum.

1091, 2. μήτε ναῖαν | λιποῦσ' ἀπήνην, μήτ' ὄχον πεδοστιβῆ.] Jortinus apud Musgravium: *Quid sibi velit λιποῦσα, non video. Forsan αἰτοῦσα, petens. Nemo enim tibi vel navim, vel currum, commodabit.* Recte, ni fallor, haec interpretatur scholiastes: (Λιποῦσ' ἀπήνην.) καταχρηστικῶς νῦν τὴν ναῦν ἀπήνην ὠνόμασεν. ἀπήνη γὰρ κυρίως ἡ ἄμαξα. ὄχον δὲ λέγει τὸ ὄχημα. ὁ δὲ νοῦς, εἴτε διὰ νεῶς, εἴτε δι' ὀχήματος, εἴθ' ὀπασοῦν φεῦγε. Navem ναῖαν ἀπήνην appellavit noster, πολύκωπον ὄχημα ναῶς. Sophocles Trach. 658. Ita Aeschylus Prom. 466. θαλασσόπλαγκτα δ' οὔτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ | λινόπτερ' εὔρε ναυτίλων ὀχήματα.

1093. Τί δ' ἀξιόν μοι τῆσδε τυγχάνει φυγῆς;] Euripides Or. 1326. Τί δ' ἄξι' ἡμῖν τυγχάνει στεναγμάτων.

1094. Ὀλωλεν ἡ τύραννος ἀρτίως κόρη,] Rom. A. C. τύραννος. Rom. B. δύστηνος.

1095. Κρέων θ' ὁ φύσας, φαρμάκων τῶν σῶν ὑπο.] Rom. C. E. Κρέων θ'. Rom. A. Κρέων δ'.

1096, 7. Κάλλιστον εἶπας μῦθον, ἐν δ' εὐεργέταις | τολοιπὸν ἤδη καὶ φίλοις ἐμοῖς ἔση.] Rom. C. τολοιπόν. Rom. A. B. τὸ λοιπὸν, quod admisit Matthiae. Vide ad v. 786. 1350. Saep̄ ἤδη addunt tragici. Sophocles Oed. C. 1619. τὸ λοιπὸν ἤδη τὸν βίον διάξετον<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> Brunckius: *Aldus edidit τὸν λοιπὸν ἤδη βίον διάξετον, metro ruente ob syllabae defectum: nec aliter scriptus est hic versus in tribus codd. Turnebus e conjectura, ut videtur, quod nihili est. Re-*

*cte Wesselingius Observat. p. 97. reponit εὔ.—Wesselingio obloquitur nuperus Parisinus editor, qui quum auctoritate invecum, non animadvertit se nebulam pro Junone amplecti. Ne tu qui-*



Trach. 81. τὸ (sic pro τὸν Rom. C.) λοιπὸν ἤδη βίοτον εὐαίων' ἔχειν. Ibid. 168. τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπῆτῳ βίῳ. Phil. 454. τὸ λοιπὸν ἤδη τηλόθεν τό τ' Ἴλιον | καὶ τοὺς Ἀτρεΐδας εἰσορῶν φυλάξομαι. Euripides Andr. 1259. τὸ λοιπὸν ἤδη θεὸς ξυνοικήσεις θεῶ.

1098. τί φῆς; φρονεῖς μὲν ὀρθὰ, κοῦ μαίνῃ, γύναι,] Schol. Τί φῆς; φρονεῖς μὲν.) πῶς, φησὶν, εἶπας τοῦτο; ὅτι μὲν γὰρ κατὰ φύσιν φρονεῖς καὶ οὐκ ἐξέστησας (leg. ἐξέστηκας) δῆλον. θαυμάζω δὲ πῶς οὐκ ἀγωνιάς, ἀκούσασα τὸν βασιλικὸν οἶκον διεφθάρθαι ὑπὸ τῶν σῶν φαρμάκων. ἢ κατ' ἐρώτησιν διενεκτέον τὸν λόγον. πῶς εἶπας τοῦτο; πῶς οὐχὶ μαίνεσθαί σε καὶ παραφρονεῖν ἂν τις νομίσειε, οὐκ ἀγωνιῶσαν ἐπὶ τούτῳ; ἵνα ὁ μὲν παρέλκη. Recte vulgo κατ' ἐρώτησιν haec verba proferuntur. Ita noster Ion. 520. Εὖ φρονεῖς μὲν, ἢ σ' ἔμηνε θεοῦ τις, ὧ ξένη, βλάβη. Sic etiam ὑγιαίνεις μὲν, *sanusne es*, Aristophanes Av. 1214. Μὲν interrogativum legitur etiam supra v. 659. Θέμις μὲν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ;

1099, 1100. ἥτις τυράννων ἐστὶαν ἠκισμένη, | χαίρεις κλύουσα, κοῦ φοβῆ τὰ τοιάδε;] Rom. A. C. τυράννων. Rom. B. τύραννον, quod supra scriptum habet etiam A. Deinde Rom. C. ἐστὶαν. Rom. A. B. Flor. Par. A. οἰκίαν. Hinc oriuntur quatuor scripturae diversitates, τύραννον οἰκίαν, τύραννον ἐστὶαν, τυράννων οἰκίαν, τυράννων ἐστὶαν, quarum nulla prorsus mala est. Sed οἰκίαν interpretationem sapit, ideoque vulgato ἐστὶαν certissime posthabendum est. Inter τύραννον vero et τυράννων difficilior est eligere. Dixit noster Andr. 3. Πριάμου τύραννον ἐστὶαν ἀφικόμην. Sed hunc locum ab eo, de quo nunc ago, diversum facit genitivus Πριάμου. Retinui igitur τυράννων, pro quo facit v. 1265. εἰ μὴ τυράννων δώμασιν δώσει δίκη.

1099. Rom. C. ἠκισμένη. Rom. A. B. Flor. Lasc. Par. A. B. ἠκισμένην. Gl. in Rom. A. ἀφανισθεῖσαν καὶ τιμωρηθεῖσαν. Praestat vulgata, inquit Porsonus, licet illa non sit inelegans. Eadem fuerat Musgravii sententia, qui ἠκισμένη passivum pro activo male appellat. Simili errore ad Heracl. 42. ὑπηγκαλισμένη praeteritum passivum pro activo dicit. Exstant quidem αἰκίζειν et ὑπαγκαλίζειν, sed haec praeterita mediam formam exhibent, quae non nisi in paucissimis verbis diversa est a passiva. Aliud exemplum ἐσπεῖσθαι mox sequitur v. 1109. De hac re videndus Matthiae Gramm. Gr. §. 493. Ideo autem melius mihi videtur medium ἠκισμένη quam passivum ἠκισμένην, quod post ἐστὶαν facilius mutatur nominativus in accusativum, quam accusativus in nominativum. Vide ad λεχρία v. 1137. Scholiastae verba, ἀκούσασα τὸν βασιλικὸν οἶκον διεφθάρθαι ὑπὸ τῶν σῶν φαρμάκων, eum ἠκισμένην legisse ostendere videntur.

1101, 2. ἔχω τι καὶ γὰρ τοῖς γε σοῖς ἐναντίον | λόγοισιν εἶπειν,] Tres Rom. τοῖς γε σοῖς. Lasc. τοῖσδε σοῖς, quod admisit Porsonus.

1102. ἀλλὰ μὴ σπέρχου, φίλος.] Schol. ἀλλὰ τέως μὴ σπεῦδε καὶ ἐπιχειρεῖν. Ultima vox corrupta est. Σπέρχου autem hic potius

dem, Bruncki, ipsam Saturni filiam amplexus es. Apud Suidam v. Τητᾶσθαι

legitur τοιοῦτον ἤδη τοῦ βίου διάζετε, unde feci τὸ λοιπὸν ἤδη τὸν βίον διάζετε.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



ἤσθην et ἤσθημεν. Sed ἠδόμην sensu flagitante reposuerunt Musgravius aliique<sup>k</sup>. Ibid. 605. contrario vitio ἤσθηθ', ubi nunc legitur ἤσθησθ' vel ἤσθησθ'. Hoc praetulit Matthiae.

1110, 1. κύνει δ' ὁ μὲν τις χεῖρ', ὁ δὲ ξανθὸν κάρα | παίδων.] Hic et v. 1176. κυνεῖ reposuit Brunckius. Quocirca, inquit Porsonus, magis eum miror in locis similibus tantas turbas interdum ciere. Apud Sophoclem scilicet Phil. 371. πλησίον γὰρ ὦν κύρει in πλησίον γὰρ ἦν κυρῶν mutare maluit, quam praesens κυρεῖ praeteriti imperfecti sensu admittere. Noster Alc. 181. κυνεῖ δὲ προσπίτνουσα, πᾶν δὲ δέμνιον | ὀφθαλμοτέγκτω δεύεται πλημμυρίδι. Omnes ante Porsonum sine suspitione κύνει et δεύετο.

Ibid. Abest τις a simili sententia v. 1146. εὐθυς δ' ἡ μὲν εἰς πατρὸς δόμους | ἄρμησεν, ἡ δὲ πρὸς τὸν ἀρτίως πόσιν. Sed hunc pleonasmum frequenter exhibent Attici, monente Weiskio p. 51. Euripides Hec. 623. εἶτα δῆτ' ὀγκούμεθα, | ὁ μὲν τις ἡμῶν πλουσίοις ἐν δώμασιν, | ὁ δ' ἐν πολίταις τίμιος κεκλημένος.

1111, 2. ἐγὼ δὲ καὐτὸς, ἠδονῆς ὑπο, | στέγας γυναικῶν σὺν τέκνοις ἄμ' ἐσπόμην.] Schol. Στέγας γυναικῶν.) τοὺς οἴκους ἔνθα αἱ γυναῖκες διέτριβον αἱ ταλασιουργοῦσαι, μεθ' ὧν ἦν καὶ Γλαύκη ἐπισκοποῦσα τὴν ἐργασίαν. καγὰ οὖν, φησὶ, ὑπὸ πολλῆς χαρᾶς συνῆλθον (f. συνεισηλθον) τοῖς σοῖς τέκνοις. λείπει δὲ ἡ εἰς, ἴν' ἡ τέκνα. Barnesius, ἴν' ἡ, εἰς στέγας. Hoc exemplo utitur Bosius p. 408=424.

1113. δέσποινα δ', ἦν νῦν ἀντὶ σοῦ θαυμάζομεν,] Nostri, *to whom we now look up*. Noster Iph. T. 1214. ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις. El. 84. μόνος δ' Ὀρέστην τόνδ' ἐθαύμαζες φίλων.

1114. πρὶν μὲν τέκνων σῶν εἰσιδεῖν ξυνωρίδα,] Noster Phoen. 1092. Ζῆ σοι ξυνωρίς εἰς τόδ' ἡμέρας τέκνων. Metaphora a curru dueta, ut ζεῦγος ab aratro.

1118. παίδων μυσαχθεῖσ' εἰσόδους.] Rom. A. ante corr. μυσαχθεῖς. Hesychius: Μυσάσσει. μιαίνει. Μυσάττεται. δυσχεραίνει. Μυσαττόμενος. σικχαινόμενος, βδελυττόμενος, ἀποστρεφόμενος.

1118, 9. πόσις δὲ σὸς | ὀργὰς τ' ἀφήρει καὶ χόλον νεάνιδος,] Sic Rom. C. Sed Rom. A. B. Par. A. ὀργὰς ἀφήρει καὶ νεάνιδος χόλον, quod admisit Brunckius. Vulgatam revocavit Porsonus. De copulae omissione vide ad v. 102. Quod autem ad verba καὶ χόλον νεάνιδος attinet, non temere improbanda est altera scriptura. Dixit noster v. 1333. Ἄλλ' ὕβρις, οἳ τε σοὶ νεοδμηῆτες γάμοι. Hoc est, Ἄλλ' ἡ σὴ ὕβρις, οἳ τε σοὶ νεοδμηῆτες γάμοι. Scribere quidem potuisset, monente Brunckius, Ἄλλ' ὕβρις ἡ σὴ, χοὶ νεοδμηῆτες γάμοι. Sed magis ei placuit quod vulgo legitur. Simili modo Aeschylus Prom. 1014. οἷός σε χειμῶν καὶ κακῶν τριχυμία | ἔπεισ' ἄφυκτος. Ubi κακῶν non minus ad χειμῶν quam ad τριχυμία pertinere videtur, nec quidquam obstabat, quo minus καὶ τριχυμία κακῶν diceret. Similia passim occurrunt. Nihil igitur senten-

<sup>k</sup> Heathius: *Malim ἠσθημεν*, ut laetus sum, prout et legisse videtur Interpretis vulgaris. Ego nullum ἠσθήμην sive ἠσθήμην novi, neque ἠσθήμην, eo excepto,

quod ab αἰσθάνομαι derivatur. Suspicor Euripidem scripsisse ἠσθημεν κλύων. De qua constructione consulendus Porsonus Praefat. ad Hec. p. xli.



tiae refert, utrum καὶ χόλον νεάνιδος an καὶ νεάνιδος χόλον legatur. Sed hoc paullo exquisitius videtur. Quod si numerorum caussa νεάνιδος χόλον invexit Brunckius, sententiam brevi mutavit. Vulgo enim legitur apud Euripidem Phoen. 930. ὦ πρὸς σε γονάτων, καὶ γερασμίου τριχός. Brunckius vero e cod. Flor. καὶ τριχός γερασμίου reposuit. Haud rarae sunt hujusmodi varietates. Edidit Aldus Or. 591. ναίων βροτοῖσι στόμα σαφέστατον νέμει. Sed plerique codices, ut videtur, νέμει σαφέστατον. In hac re non sibi constant tragici, nec certis regulis statui potest, uter ordo melior. Dixit Euripides in fine senarii ἐκ τυραννικῶν δόμων Hec. 55. Saltem e nullo libro ἐκ δόμων τυραννικῶν enotatum video. Idem tamen πρὸς δόμους τυραννικοῦς Or. 1356. Phoen. 205. καὶ δόμος τυραννικὸς Med. 723. εἰς δόμους τυραννικοῦς Hel. 1186. εἰς θρόνους τυραννικοῦς Ion. 1572.

1120—4. λέγων τάδ'· Οὐ μὴ δυσμενῆς ἔσῃ φίλοις, | παύσῃ δὲ θυμοῦ, καὶ πάλιν στρέψεις κᾶρα, | φίλους νομίζουσ', οὔσπερ ἂν πόσις σέθεν, | δέξῃ δὲ δῶρα, καὶ παραιτήσῃ πατρὸς, | φυγὰς ἀφείναι παισὶ τοῖσδ' ἐμὴν χάριν;] Schol. Λέγων τάδε.) αἱ δύο ἀρνήσεις ἀντὶ μιᾶς κεῖνται. τουτέστι, μὴ δυσμενῆς τοῖς φίλοις ἔσο, ἀλλὰ παῦσαι θυμοῦ, καὶ ἐπίστρεψον πρὸς αὐτοὺς τὰς ὄψεις. Aeschylus Theb. 256. Οὐ σῖγα μηδὲν τῶνδ' ἐρεῖς κατὰ πτόλιν; Sophocles Trach. 980. Οὐ μὴ ἔξεγερεῖς τὸν ὑπνω κάτοχον, | κάκκινήσεις, κἀναστήσεις | φοιτάδα δεινὴν νόσον, ᾧ τέκνον. Euripides Hipp. 213. οὐ μὴ παρ' ὄχλω τάδε γηρύσει, | μανίας ἔποχον ρίπτουσα λόγον; Ibid. 606. Οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, μηδ' ἄψει πέπλων; Andr. 758. Οὐ μὴ γυναικῶν δειλὸν εἰσοίσεις λόγον; Suppl. 1066. ὦ θυγατερ, οὐ μὴ μῦθον εἰς πολλοὺς ἐρεῖς; Bacch. 343. Οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, βακχεύσεις δ' ἰών, | μηδ' ἐξομόρξει μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί; Ibid. 791. Οὐ μὴ φρενώσεις μ', ἀλλὰ δέσμιοις φυγῶν, | σώσει τόδ', ἢ σοι πάλιν ἀναστρέψω δίκη; El. 383. οὐ μὴ φρονήσῃ, οἱ κενῶν δοξασμάτων | πληρεῖς πλανᾶσθε, τῇ δ' ὀμιλία βροτοῦς | κρινεῖτε, καὶ τοῖς ἠθεσιν τοὺς εὐγενεῖς; Ibid. 982. Οὐ μὴ κακισθεῖς εἰς ἀνανδρίαν πεσεῖ; Aristophanes Ach. 165. οὐ μὴ πρόσσει τούτοισιν ἐσκοροδισμένοις; Nub. 295. οὐ μὴ σκώψεις, μηδὲ ποιήσεις, ἄπερ οἱ τρυγοδαίμονες οὔτοι; | ἀλλ' εὐφήμει. Ibid. 366. Ποῖος Ζεὺς; οὐ μὴ ληγῆσεις; Ibid. 505. Οὐ μὴ λαλήσεις, ἀλλ' ἀκολουθήσεις ἐμοί, | ἀνύσας τι, δευρὶ θᾶπτον; Vesp. 396. ὦ μίᾳρ' ἀνδρῶν, τί ποιεῖς; οὐ μὴ καταβήσει; Thesm. 1119. Οὐκὶ μὴ λάλησι σύ; Ran. 300. Οὐ μὴ καλεῖς, | ἄνθρωφ', ἰκετεύω, μηδὲ κατερεῖς τοῦνομα; Ibid. 465. Οὐ μὴ διατρίψεις, ἀλλὰ γεύσει τῆς θύρας, | καθ' Ἡρακλέα τὸ σχῆμα καὶ τὸ λῆμ' ἔχων; Ibid. 527. Οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων, ᾧ Ξανθία, | ἀλλ' ἀράμενος οἴσεις πάλιν τὰ στρώματα<sup>1</sup>; Ratio hujus constructionis talis esse videtur. Nemo nescit οὐ μενεῖς cum interrogatione idem significare quod μένε vel μεῖνον. Nostra etiam lingua eo sensu dicitur, *Will you not stay?* Graece vero non solum οὐ μενεῖς dicitur, sed etiam οὐ μὴ μενεῖς contrario sensu. Hoc enim μὴ μένε vel μὴ μείνης significat. Hunc quidem

<sup>1</sup> Ibid. 620. ΞΑ. Οὐκ ἐς κόρακας; μὴ πρόσσιτον. ΑΙ. Εἶεν. καὶ μάχει. Malim, Οὐκ ἐς κόρακας; οὐ μὴ πρόσσιτον; Ita Ach.

165. οὐ μὴ πρόσσει τούτοισιν ἐσκοροδισμένοις; Haec conjectura si vera est, fortasse delendum καί.



futuri usum nostra lingua nescit. Non enim dicere licet, *Will you not not stay?* Hoc exemplo tamen facile intelligitur, qua ratione Graeci, qui particulas οὐ et μή saepe ita conjungunt, ut altera alterius vim non tollat, οὐ μὴ μενεῖς eodem sensu dixerint, quo οὐκ ἄπει, *non abibis?* Μὴ μένειν enim valet ἀπιέναι. Simili ratione Jasonis verba οὐ μὴ δυσμενῆς ἔσει φίλοις accipienda sunt quasi dixerit οὐκ εὐμενῆς ἔσει φίλοις. A particula negativa μὴ non pendent nisi tria verba δυσμενῆς ἔσει φίλοις: ab οὐ vero tota sententia, quam interrogationis nota primus terminavi. Hinc est quod quae sequuntur futura, παύσει, στρέψει, δέξει, παραιτήσεται, omnia jubendi sensum habent. In verbis παύσει δὲ θυμοῦ, idem valet δὲ quod ἀλλὰ in superiorum exemplorum nonnullis. Quod si καὶ παύσει θυμοῦ dixisset Jason, sensus omnino contrarius esset. Particula enim καὶ non prioris tantum sed utriusque negativae vim sequentibus verbis continuat. Vide exemplum quod ex Sophoclis Trachiniis attuli. Praeter hoc exemplum, dignum observatu est quod legitur apud Euripidem Bacch. 791. Cujus sententiae primum membrum vetat, secundum jubet, tertium iterum vetat. Haec habui, quae de particulis οὐ μὴ cum futuro conjunctis dicerem. Caveant autem tirones, ne Dawesium, Brunckium aliosque secuti, οὐ μὴ μενεῖς cum οὐ μὴ μείνης confundant. Illud μὴ μένε vel μὴ μείνης significat, ut modo dixi, hoc οὐ μενεῖς. Vix dici potest, quot tragicorum et Aristophanis loca corruperit Brunckius, cum omnia ad unam normam redigere vellet.

1122. Plena oratio est, φίλους νομίζουσ', οὕσπερ ἂν φίλους νομίζῃ πόσις σέθεν. Supplendum esse subjunctivum ostendit particula ἂν. Similem ellipsin habet noster Hipp. 659. νῦν δ' ἐκ δόμων μὲν, ἔς τ' ἂν ἔκδημος χθονὸς | Θησεὺς, ἄπειμι, σῖγα δ' ἔξομεν στόμα. Id est, ἔστ' ἂν ἦ ἔκδημος. Non assentior Dawesio dicenti p. 340. *Desideratur ad orationis integritatem verbum substantivum, quo referatur ες ταν: quod tamen verbum subaudiri sermonis Attici ratio non patitur.* Reponit igitur ἔστ' ἂν ἦ ἔκδημος.

1125. ἦδ' ὡς ἐσεῖδε κόσμον, οὐκ ἠνέσχετο,] Sic Rom. C. ut Aldus. Lasc. ἦδ' ὡστ' ἐσεῖδε. Rom. A. B. ἦ δ' ὡς τ' ἐσεῖδε. Brunckius ἦ δ' ὡς ἐσεῖδε. Beckius ἦ δ', ὡς ἐσεῖδε.

1126. ἀλλ' ἦνεσ' ἀνδρὶ πάντα.] Noster Alc. 12. ἦνεσαν δέ μοι θεαί, | Ἄδμητον Αἰῖδην τὸν παραυτίκ' ἐκφυγεῖν, | ἄλλον διαλλάξαντα τοῖς κάτω νεκρόν.

1126, 7. καὶ πρὶν ἐκ δόμων | μακρὰν ἀπεῖναι πατέρα καὶ παῖδας σέθεν,] Rom. C. παῖδας. Rom. A. B. τέκνα. Similis confusionis exempla praebet noster ad Phoen. 16. 1443. Πόρσι. Mirari subit, Euripidem non potius πατέρα σὺν τέκνοις σέθεν, τέκνα καὶ πόσιν σέθεν, vel tale quid dedisse, quam πατέρα καὶ παῖδας σέθεν.

1128. λαβοῦσα πέπλους ποικίλους ἠμπέσχετο.] Portus: ἠμπέσχετο [sic]. ἠμπέσχετο potius videtur legendum, ab ἀμπέσχομαι, ἐκ τοῦ ἀμφί, καὶ ἴσχομαι. Ego quoque ἠμπέσχετο legendum puto, non quidem ἠμπ-ίσχετο, quae Porti sententia fuisse videtur, sed





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





eas, quas exhibet etiam scriptura. Infra v. 1169. legitur ὀστέων disyllabum. Eodem jure scriberetur ὀστών quo χρυσούν.

*Ibid.* Put. Mag. ἀμφὶ βοστρύχους. Dativum χροὶ v. 769. κόμα v. 950. in simili sententia usurpat noster.

1130. λαμπρῶ κατόπτρῳ σχηματίζεται κόμη,] Tres Rom. κόμην. Sed A. ante corr. ὁμοίως.

1131. ἄψυχον εἰκῶ προσγελῶσα σώματος.] Rom. C. a corr. Schol. εἰκῶ. Rom. A. C. ante corr. Lasc. εἰκῶ, quod admittendum esset, si eadem esset ratio hujus accusativi, quae accusativorum ἀμείνω, μείζω et similium. Sed praeter nominativum εἰκῶν, altera erat forma εἰκῶς ut ἀηδῶ, γοργῶ, χελιδῶ. Genitivum εἰκοῦς usurpat noster Hel. 74. εἰ δὲ μὴ ἔν ξένη | γαίᾳ πόδ' εἶχον, | τῶδ' ἂν εὐστόχῳ πτερῶ | ἀπόλαυσιν εἰκοῦς ἔθανες ἂν Διὸς κόρης.

*Ibid.* Schol. "Ἀψυχον εἰκῶ.) γράφεται προσβλέπουσα σώματος. Languidam hanc varietatem censet Porsonus.

1133. ἀβρὸν βαίνουσα παλλεύκῳ ποδὶ,] Rom. C. πανλεύκῳ. Noster Tro. 820. Μάταν ἄρ', ὦ χρυσέαις | ἐν οἰνοχόαις ἀβρὰ βαίνων | Λαομεδόντι παῖ, | Ζηνὸς ἔχεις κυλίκων | πλήρωμα, καλλίσταν λατρείαν. Senex Philocleon ἀβρὰ βαίνειν docetur a filio apud Aristophanem Vesp. 1163. "Ἄνυσον πόθ' ὑποδυσάμενος, εἶτα πλουσίως | ὠδὶ προβάς, τρυφερὸν τι διασαλακῶνισον. De quo loco copiose dixit Reisigius p. 55, 6, 7.

1134, 5. πολλὰ πολλάκις | τένοντ' ἐς ὀρθὸν ὄμμασι σκοπούμενη.] Buchananus, et colla fixo saepe spectans lumine. Portus, multum et saepe cervicem ad erectam oculis respiciens. Probat hanc interpretationem Musgravius, qui praeter alia affert Hesychii verba: Τένων. τὸ ἐν τῷ τραχήλῳ νεῦρον. Atqui res ipsa mihi declarare videtur, non cervicis sed pedum τένοντας hic intelligendos esse. Noster Bacch. 933. ΔΙ. Ζῶναί τε σοι χαλῶσι, κούχ' ἐξῆς πέπλων | στολίδες ὑπὸ σφυροῖσι τείνουσιν σέθεν. | ΠΕ. Κάμοι δοκοῦσι παρά γε δεξιὸν πόδα. | τούνθενδε δ' ὀρθῶς παρά τένοντ' ἔχει πέπλος. Hoc est, παρά τὸν ἀριστερὸν πόδα. Vide etiam Phoen. 42. Cycl. 309. Ὄρθον interpretor ἄκρον.

1136. τούνθενδε μέντοι δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν.] Noster Bacch. 759. οὔπερ τὸ δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν, ἄναξ.

1137, 8. χροῖαν γὰρ ἀλλάξασα, λεχρία πάλιν | χωρεῖ, τρέμουσα κῶλα,] Rom. C. λεχρία. Rom. A. (qui σείουσαν pro σείουσα v. 1160.) B. λεχρίαν. Hesychius: Λέχρια. πλάγια. Sic edd. Sed cod. Λεχηρὶ, fortasse pro Λεχήρη. Idem: Λεχηρή. πλαγία. Λέχριον. πλάγιον, λοξόν. Noster Hec. 1024. ἀλίμενόν τις ὡς ἐς ἄντλον πεσῶν | λέχριος, ἐκπεσεῖ φίλας καρδίας. Saepius non legitur apud tragicos, neque his locis convenire mihi videtur grammatici interpretatio. Λεχήρη habet Euripides Phoen. 1536.

1138. Rom. A. B. τρέμουσα. Rom. C. Mag. τρέχουσα.

1138, 9. καὶ μόλις φθάνει, | θρόνοισιν ἐμπεσοῦσα, μὴ χαμαὶ πεσεῖν.] Aliter ac vulgo haec verba accipit Hermannus ad Vigerum n. 203. Graece dicitur οὐκ ἔφθασε δειπνήσας, καὶ ἀπῆλθε, hoc est, coenatus statim abiit. Cujus constructionis exempla dedit



Marklandus ad Euripidis Suppl. 1218. ἀλλ' οὐ φθάνειν χρὴ ξυσκιάζοντας γένυν, | καὶ χαλκοπληθῆ Δαναϊδῶν ὄρμᾶν στρατόν. Quae verba significant, ἀλλὰ εὐθύς ξυσκιάζοντας γένυν χρὴ χαλκοπληθῆ Δαναϊδῶν ὄρμᾶν στρατόν. Hinc Hermannus: καὶ μόλις φθάνει θρόνοις ἐμπεσοῦσα μὴ χαμαὶ πεσεῖν, καὶ τις γεραιὰ προσπόλων &c. Mihi vero recte vulgo post πεσεῖν plene distingui videtur. Ordo est, καὶ θρονοῖς ἐμπεσοῦσα, μόλις φθάνει [τὸ] μὴ χαμαὶ πεσεῖν.

1140, 1. καὶ τις γεραιὰ προσπόλων, δόξασά που | ἢ Πανὸς ὀργᾶς, ἢ τινος θεῶν μολεῖν,] Schol. Πανὸς ὀργᾶς.) τὰ πανικὰ δείματα, τούτῃ ἐστι, τὴν τῶν αἰφνιδίων φόβων καὶ ταραχῶν αἰτίαν τῷ Πανὶ ἀνατιθέασιν. Noster Hipp. 142. Σὺ γὰρ ἔνθεος, ὦ κούρα, | εἴτ' ἐκ Πανὸς, εἴθ' Ἐκάτας, | ἢ σεμνῶν Κορυβάντων, | ἢ ματρὸς οὐρείας φοιταλέου. Incertus Rhés. 36. ἀλλ' ἢ Κρονίου Πανὸς τρομερᾶ | μάστιγι φοβεῖ.

1141. Lasc. ἢ τινὸς θεῶν, quod vulgatae ἢ τινος θεῶν praetulit Porsonus. Supplendum ἄλλου monet Schaeferus ad Bosium p. 17=17. quem vide etiam in Indice v. Ἄλλος. Lucas Act. Apost. v. 29. ἀποκριθεῖς δὲ ὁ Πέτρος καὶ οἱ ἀπόστολοι, εἶπον· Πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. Anglice redditur, *Then Peter and the other Apostles answered and said*, &c.

1142. ἀνωλόλυξε,] Gl. ἀντὶ τοῦ ἠῤῥατο, μετ' εὐχῆς ἐβόησε. Similiter scholiastes ad Aristophanis Pac. 97. ὀλολύζειν interpretatur τὸ μετὰ κραυγῆς εὐχεσθαι. Hesychius: Ὀλολυγή. φωνὴ γυναικῶν, ἣν ποιοῦνται ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐχόμεναι. Plura vide ad Heracl. 782. p. 109. 142.

1142, 3. πρὶν γ' ὄρᾶ κατὰ στόμα | χωροῦντα λευκὸν ἀφρὸν,] Barnesius in marg. *an ὄρᾶν*; Πρὶν cum indicativo *donec tandem* significat. Aeschylus Prom. 478. οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον, | οὐ χριστόν, οὐδὲ πιστόν, ἀλλὰ φαρμάκων | χρεῖα κατεσκελλόντο, πρὶν γ' ἐγὼ σφίσι | ἔδειξα κράσεις ἠπίων ἀκεσμάτων. Sophocles Oed. T. 775. ἠγόμην δ' ἀνὴρ | ἀστῶν μέγιστος τῶν ἐκεῖ, πρὶν μοι τύχη | τοιᾶδ' ἐπέστη. Euripides Hec. 132. σπουδαὶ δὲ λόγων κατατεινομένων | ἦσαν ἴσαι πᾶς, πρὶν ὁ ποικιλόφρων, | κόπις, ἠδυλόγος, δημοχαριστῆς | Λαερτιάδης πείθει στρατιάν, &c.

1142. Rom. C. κατὰ στόμα. Rom. A. B. Flor. Cott. διὰ στόμα, quod admisit Musgravius. Lasc. διαστόμα. Schol. καὶ τις τῶν θεραπευτικῶν γεραιὰ πρότερον ἐωρακυῖα κατὰ στόμα προϊόντα τὸν ἀφρὸν, &c. Utrumque bonum, sed ex interpretatione natum videtur κατὰ.

1143, 4. ὀμμάτων τ' ἀπο | κόρας στρέφουσιν, αἱμά τ' οὐκ ἐνὸν χροί.] Rom. C. ὀμμάτων τ' ἀπο. Rom. A. B. ὀμμάτων δ' ἀπο. Schol. ἐκστρέφουσάν τε τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ νεκρούμενον λοιπὸν τὸ σῶμα. Male Reiskius ἀνω | κόρας στρέφουσιν, *sursum evertentem oculos*. Heathius ἀπο κόρας στρέφουσιν per tmesin pro κόρας ἀποστρέφουσιν dici censet. Noster Bacch. 1120. ἢ δ' ἀφρὸν ἐξειῖσα, καὶ διαστρόφους | κόρας ἐλίσσουσ', οὐ φρονοῦσ' ἀ χρὴ φρονεῖν, | ἐκ Βακχίου κατείχετ', οὐδ' ἐπειθέ νιν. Herc. 931. ὁ δ' οὐκέθ' αὐτὸς ἦν, | ἀλλ' ἐν στροφαῖσιν ὀμμάτων ἐφθαρμένος, | ρίζας τ' ἐν ὄσσοις αἱματῶπας ἐκβαλὼν, | ἀφρὸν κατέσταζ' εὐτρίχου γενειάδος.

1145, 6. εἴτ' ἀντίμολπον ἦκεν ὀλολυγῆς μέγαν | κωκυτόν.] Schol.



Ἀντίμολπον.) ἀντίφθογγον, ἐναντίον τῆ εὐχῆ. οὐ γὰρ ταυτὸν μολπὴ καὶ θρῆνος. *Vetula enim eam jam mortuam credit, neque εὐχαῖς amplius locum esse.*

1148. φράσουσα νύμφης συμφοράν.] *Rom. C. συμφοράν. Rom. A. B. συμφοράς. De qua varietate copiose dixi ad v. 34.*

1150, I. ἤδη δ' ἀνέλκων κῶλον ἔκπλεθρον δρόμου, | ταχὺς βαδιστῆς τερμόνων ἀνθήπτετο.] *Quomodo haec verba acceperint plerique interpretes, dicere supersedeo. Schol. ἤδη δ' ἀνέλκων.) ἤδη δὲ καὶ ταχὺς βαδιστῆς τὸ ὑπέρμετρον ἑαυτοῦ κῶλον ἀνέλκων, τῶν τερμόνων τοῦ δρόμου ἀνθήπτετο. Deinde multis interjectis: πλέθρον δὲ ἐστὶν μέτρον γῆς. ἔκπλεθρον δὲ μέγα πῆδημα καὶ ὑπερβαῖνον πλέθρου μέτρον. Idem: Ταχὺς βαδιστῆς.) τὸ διάστημα λέγει τὸ γενόμενον αὐτῇ ἐξ οὗ ἀναυδος ἦν μέχρι οὗ ἐφθέγγετο. ὅσην γὰρ δύναται ῥοπὴν (vulgo τροπὴν) καιροῦ ἔχειν ταχὺς δρομεὺς ἀπὸ βαλβίδος ἀφειδὸς μέχρι καμπτοῦ (paullo ante καμπτήρος), τοσοῦτον καὶ αὐτῇ ἀναυδος ἦν. Recte. In eandem interpretationem incidit Musgravius. Et mihi quidem, inquit, conferenti *Electr. v. 824. verisimile fit, tempus, quod cursores in stadio emetiendo consumere solent, tanquam mensuram temporis hic adhibitum esse. Locus quem confert, ita se habet: θᾶσσον δὲ βύρσαν ἐξέδειρεν, ἢ δρομεὺς | δισσοὺς διαύλους ἰππίους διήνυσε. Δισσοὶ διαύλοι quatuor sunt stadia, pedes bis mille et quadringenti. Nostro loco nullum certum spatium designant vulgati libri, neque facile explicantur verba ἀνέλκων κῶλον ἔκπλεθρον. Dixit quidem Aeschylus Ag. 352. Κάμψαι διαύλου θάτερον κῶλον πάλιν. Sed huic sensui neque ἀνέλκων convenit, neque ἔκπλεθρον, quod enormem significare putat scholiastes. Utrique difficultati subvenit Reiskii conjectura ἐκπλέθρου δρόμου. Nam stadium sex jugera implet, inquit. Simili errore vulgo legebatur apud Euripidem El. 883. ἦκεις γὰρ οὐκ ἀχρεῖον ἔκπλεθρον δραμῶν | ἀγῶν' ἐς οἴκους. Ubi ἔκπλεθρον reposuit Musgravius, auctore Tyrwhitto, qui altero loco ἐκπλέθρου legendum vidit. Attica forma est ἔκπλεθρος, ut ἔκπους, ἔκπηχυς, ἔκμηνος et alia m. Πλέθρον non esse**

<sup>m</sup> Sophocles Oed. T. 1136. ἐπλησίαζον τᾶνδ' ἀνδρῶν τρεῖς ὄλους | ἐξ ἑρὸς εἰς Ἀρκτοῦρον ἐκμήνους χρόνους. Vulgo ἐμμήνους. Unus cod. ἐκμήνους, unde ἐκμήνους Schaeferus ad Bosium p. 312=338. Adjectivum ἔκπους Atticis literis scriptum exstat in inscriptione veteri apud Chandlerum p. 87. ΜΕΚΟΣ ΗΕΚΠΟΔΕΣ ΠΛΑΤΟΣ ΔΙΠΟΔΕΣ ΠΑΧΟΣ ΠΟΔΙΑΙΟΙ. Item p. 38. ΜΕΚΟΣ ΗΕΚΠΟΔΕ ΠΛΑΤΟΣ ΤΡΙΤΟ ΗΕΜΙΠΟΔΙΟ ΠΑΧΟΣ ΠΕΝΤΕΠΑΛΑΣΤΟ. Paulo post: ΜΕΚΟΣ ΗΕΚΠΟΔΟΝ ΠΛΑΤΟΣ ΤΡΙΟΝ ΠΟΔΟΝ ΚΑΙ ΠΑΛΑΣΤΕΣ ΠΑΧΟΣ ΠΕΝΤΕ ΠΑΛΑΣΤΟΝ. Unde constat, Atticos non solum ἔκποδες dixisse, verum etiam divisim ἐκ πόδες, quamvis reperiatur etiam ἐξ πόδες. Vulgo legitur ἐξμέδιμον apud Aristophanem Pac. 630. Sed reponendum videtur ἐκμέδιμον. Quod alii quo-

-que monuerunt. Porsonus ad Hec. 1166. p. 79. poteram denique quaedam de vocibus ἐκμέδιμον, ἐξμέδιμον, et ἐξαμέδιμον edisserere. Sed tibi, lector, et tempori tuo parcam. Caveant autem qui Graece scribunt, ne hoc Atticismo abutantur. Attici quidem πεντέπους, ἔκπους, ὀκτώπους dixerunt, non vero πεντεπλοῦς, ἐκπλοῦς, ὀκτωπλοῦς, πεντεπλάσιος, ἐκπλάσιος, ὀκτωπλάσιος, sed πενταπλοῦς, ἐξαπλοῦς, ὀκταπλοῦς, πενταπλάσιος, ἐξαπλάσιος, ὀκταπλάσιος. Aristophanes Eq. 69. ἡμεῖς δὲ δίδομεν. εἰ δὲ μὴ, πατούμενοι | ὑπὸ τοῦ γέροντος, ὀκταπλάσιον χέζομεν. Idem tamen ὀκτωδάκτυλον dixit Lys. 109. Causa hujus diversitatis est, quod ὀκτωδάκτυλον compositum est, secus atque ὀκταπλάσιον. Nulla enim pars orationis est, quae cum ὀκτω conjuncta ὀκτωπλάσιον facere possit.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



1161, 2. ἀλλ' ἀρηρότως | σύνδεσμα χρυσὸς εἶχε.] Rom. A. ἀραρ-  
ρότως. Rom. B. C. Lasc. Par. A. ἀραρότως, quod admisit Bruno-  
kius. Gl. ἀσφαλῶς. Hesychius: Ἀραρῶσαι (Ἀραρότως reponunt in-  
terpretes). ἀρμοδίως, προσηρμοσμένως, ἀρμοζόντως, ἀσφαλῶς, ὅθεν καὶ τὸ  
ἀραρῶς παγίως δέδεικται. Legunt nonnulli, nescio quam recte,  
ὅθεν καὶ τὸ ἀραρότως, παγίως, ὡς δέδεικται. Aeschylus Suppl. 951.  
τῶνδ' ἐφήλωται τορῶς | γόμφος διαμπᾶξ, ὡς μένειν ἀραρότως. Ita vulgo  
per α. Vulgo etiam Prom. 60. Ἀραρεν ἦδε γ' ὠλένη δυσεκλύτως.

1162, 3. πῦρ δ', ἐπεὶ κόμην | ἔσεισε, μᾶλλον δὲ τὸσον δ' ἐλάμπετο.]  
Reiskius ἔσεισι, ut semet in comam penetraverat ignis. Ita  
enim haec explicat. Verum etiam vulgata non inelegans, ait.  
Nesciebat εἶμι futurum esse.

1163. Rom. B. Par. B. Lasc. δις τόσον τ' ἐλάμπετο. Rom. C.  
δις τόσον ἐλάμπετο. Rom. A. Par. A. δις τόσως (Rom. A. τοσῶς  
supra scripto τόσον) τ' ἐλάμπετο, quod admisit Brunckius. Flor.  
Par. E. Mag. Put. δις τόσως ἐλάμπετο. Inter δις τόσον et δις τόσως  
parum interesse videtur. Noster supra v. 1103. δις τόσον γὰρ  
ἂν | τέρψειας ἡμᾶς, εἰ τεθναῖσι παγκάκως. El. 1091. κοῦτ' ἀντιφεύγει,  
παιδὸς ἀντὶ σοῦ, πόσις, | οὔτ' ἀντ' ἐμοῦ τέθνηκε, δις τόσως ἐμὲ | κτείνας  
ἀδελφῆς ζῶσαν. Incertus Rhés. 159. πατρὸς δὲ καὶ πρὶν εὐκλεᾶ δό-  
μον, | νῦν δις τόσως ἔθηκας εὐκλεέστερον. Sic pro δις τοσοῦτ' Mus-  
gravius e codd. Sed fortasse praestat δις τόσως. Quo admissio,  
altera quaestio est, utrum retinenda an delenda copula, quam  
omittunt nonnulli libri °.

1164. πιτνεῖ δ' ἐπ' οὔδας, συμφορᾶ νικωμένη,] Rom. A. B. πιτνεῖ.  
Rom. C. Mag. πίπτει. Vide ad πίτνοντα v. 54.

Ibid. Rom. C. Pseudogregorius v. 1086. ἐπ' οὔδας. Rom. A. B.  
Lasc. Par. A. B. E. ἐς οὔδας, quod admisit Brunckius.

Ibid. Rom. C. συμφορὰ νικωμένη. Lasc. συμφορᾶ νικομένη. Noster  
Hipp. 458. στέργουσι δ', οἶμαι, ξυμφορᾶ νικώμενοι.

1165. πλὴν τῶ τεκόντι, κάρτα δυσμαθῆς ἰδεῖν.] Schol. Πλὴν τῶ τε-  
κόντι.) λείπει τὸ πᾶσι. τουτέστι, πᾶσιν ἄλλοις δυσεπίγνωστος ἦν πλὴν τῶ  
τεκόντι. μόνος γὰρ οὗτος ἐπεγίνωσκε τὴν Γλαύκην, ἐπεὶπερ ὀξύτερον κατε-  
νόει τὴν κόρην. τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει πάνθ' ὅμως. εὐθύς δ' ἀπήμων κᾶδος  
ἐπ' ἀλλότριον. Πίνδαρος. Apud Pindarum Nem. I. 82. vulgo legi-  
tur εὐθύς δ' ἀπήμων κραδία κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον.

1169. σάρκες δ' ἀπ' ὀστέων, ὥστε πεύκινον δάκρυ,] Hesychius:  
Πεύκινον δάκρυ. πίσσα.

1170. γναθμῶν ἀδήλοις φαρμάκοις ἀπέρρεον,] Rom. C. γναθμῶν ἀδή-  
λοις φαρμάκοις. Lasc. Par. E. Cott. γναθμοῖς ἀδήλων φαρμάκων. Rom.  
A. B. Flor. Par. A. B. D. Put. γναθμοῖς ἀδήλοις φαρμάκων. Mag.  
γνάμπτοις ἀδήλων φαρμάκων. Schol. Γναθμοῖς ἀδήλοις.) αἱ δὲ σάρκες, φησὶ,  
τῶν γναθμῶν κατέρρεον ὑπὸ τῶν ἀδηλοποιῶν φαρμάκων. δοτικῇ δὲ ἀντὶ  
γενικῆς κέχρηται. Hic igitur γναθμοῖς ἀδήλων φαρμάκων legisse vi-  
detur, licet ἀδήλοις in lemmate exhibeat. Idem γναθμοῖς pro

° Hesychius: Διστόση. τῇ ἡλικίᾳ. Ἀρ-  
χίλοχος. Imo, Δὶς τόση, twice as old.  
Δὶς τόσος pro διπλοῦς dixit noster Hec.

292. Med. 1015. Cycl. 147. incertus  
Rhés. 281. 757.



γνάθοις accepit, haud secus ac ceteri plerique interpretes. Buchananus: *avulsa ossibus | caro venenis per genas tacitis fluit, | ceu taeda lentis laesa sudat lachrymis.* Hesychius: Γνάθοι. γνάθοι, σιαγόνες. Apud Euripidem Hipp. 1223. γναθμοῖς pro γνάθοις e Par. A. admiserunt Valckenarius et Brunckius. Nostro loco significat *morsibus*. Reiskius: *Recta est lectio scholiorum [quam improbaverat Barnesius] γναθμοῖς ἀδήλοις φαρμάκων ἀπέρρεον, mandibulis, hoc est dentibus, invisibilibus, seu corrosione oculis non observanda, venenorum deliquebant.* Admisit hanc scripturam Musgravius.

1171, 2. δεινὸν θέαμα. πᾶσι δ' ἦν φόβος θίγειν | νεκροῦ.] Rom. A. B. θίγειν. Rom. C. Mag. θιγεῖν, quod tacite admisit Barnesius. Aldus etiam θιγεῖν Hipp. 885. 1044. Suppl. 1107. Iph. A. 1351. Iph. T. 1045. et fortasse saepius.

1174. ἄφνω προσελθὼν δῶμα, προσπιτνεῖ νεκρῶ.] Rom. C. Pseudogregorius v. 1085. 1221. προσπιτνεῖ. Rom. A. (in quo supra scriptum γρ. καὶ προσπιτνεῖ) B. Par. A. προσπίπτει, quod admisit Brunckius. *In hac senarii sede nihil interest, inquit, scribatur προσπιτνεῖ, an προσπίπτει.* Vulgatam revocavit Porsonus. Etsi numerorum nihil refert, praestat προσπιτνεῖ, vel potius προσπίτνει, propterea quod hanc formam in communem etiam metro repugnante frequenter mutarunt librarii. Vide ad v. 54. ubi Stobaeus, κακῶς πίπτοντα, καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται.

1175. ὤμωξε δ' εὐθύς, καὶ περιπτύξας χέρας,] Rom. C. χέρας. Rom. A. B. Lasc. Par. A. Cott. δέμας, quod admisit Porsonus. Confert Hec. 734. οὐ γὰρ Ἀργείων, πέπλοι | δέμας περιπτύσσοντες, ἀγγέλλουσί μοι. Item Iph. A. 992. βούλει νιν ικέτιν σὸν περιπτύξαι γόνυ; Pseudogregorium quoque, qui v. 1087. περιπτύσσει πέδον, v. 1222. vero περιπτύσσει πόδας dixit, potius δέμας quam χέρας apud Euripidem legisse suspicatur. Contra dixit Euripides Alc. 349. σοφῆ δὲ χειρὶ τεκτόνων δέμας τὸ σὸν | εἰκασθὲν ἐν λέκτροισιν ἐκταθήσεται, | ᾧ προσπεσοῦμαι, καὶ περιπτύσσων χέρας, &c. Andr. 417. καὶ πατρὶ τῷ σῷ διὰ φιλημάτων ἰῶν, | δάκρυά τε λείβων, καὶ περιπτύσσων χέρας, | λέγ' οἱ ἔπραξα. In his dativum ἀπὸ κοινοῦ repetendum censet Porsonus, quem miror non animadvertisse, aequè bene dici περιπτύξας χέρας νεκρῶ ac περιπτύσσων χέρας πατρί.

1176. κύνει, προσαυδῶν τοιάδ'.] Rom. C. κύνει. Rom. A. B. κυνεῖ, quod admisit Brunckius, ut supra v. 1110. Gl. κατεφίλει δὲ προσφωνῶν.

*Ibid.* ὦ δύστηνε παῖ,] Sic Rom. B. C. Sed Rom. A. ὦ δύστηνε σὺ, supra scripto γρ. παῖ. Noster Andr. 68. Τὸν παιδᾶ σου μέλλουσιν, ὦ δύστηνε σὺ, | κτείνειν, ὃν ἔξω δωμαίων ὑπεξέθου. *Ibid.* 170. εἰς τοῦτο δ' ἤκεις ἀμαθίας, δύστηνε σὺ, &c. Sed Creonti magis convenire videtur ὦ δύστηνε παῖ.

1177. τίς ᾧδ' ἀτίμως δαιμόνων σ' ἀπώλεσε;] Sic Rom. A. ante corr. Idem a corr. τίς σ' ᾧδ' ἀτίμως δαιμόνων σ' ἀπώλεσε; Pro-nomen priore tantum loco habent Rom. B. Lasc. Par. A. quos sequitur Brunckius. Rom. C. neutrobique.



1178; 9. τίς τὸν γέροντα τύμβον ὄρφανδὸν σέθεν | τίθησιν;] Schol. Τίς τὸν γέροντα.) ὤμογέροντα, τὸν πλησίον θανάτου ὄντα. τύμβους δὲ καλοῦσι τοὺς γέροντας, παρόσον πλησίον εἰσὶ τοῦ θανάτου καὶ τοῦ τάφου. Noster Heracl. 166. ἢ κακὸν λόγον | κτήσει πρὸς ἀστῶν, εἰ γέροντος οὔνεκα | τύμβου, τὸ μηδὲν ὄντος, ὡς εἰπεῖν ἔπος, | παίδων τε τῶνδ', εἰς ἄντλον ἐμβήσει πόδα. *Alias unico verbo vocant* τυμβογέροντα, inquit Barnesius. Hoc scholiastae restituendum videtur pro ὤμογέροντα, quod primus addidit Matthiae. Hesychius: Τυμβογέρων. ἐσχατόγηρας, καὶ παρηγμένος τῇ διανοίᾳ. Quam diversum ab hoc sit ὤμογέρων, idem ostendit grammaticus.

1181. χρήζων γεραῖον ἐξαναστῆσαι δέμας,] Rom. B. C. γεραῖον. Rom. A. γηραιόν, ut jam monui ad v. 62.

1182, 3. προσείχεθ', ὥστε κισσὸς ἔρνεσιν δάφνης, | λεπτοῖσι πέπλοις.] Schol. Προσείχεθ' ὥσπερ κισσός.) προσεκεκόλλητο, περιεπλέκετο τοῖς πέπλοις αὐτῆς, ὥσπερ ὁ κισσὸς περιπλέκεται τοῖς περὶ αὐτὸν τυγχάνουσιν ἔρνεσιν. Rom. B. ἔρνεσιν ut Aldus. Rom. C. Lasc. ἔρνεσι. Rom. A. ἔρνεσι addita ἐν ab alia manu, ut sit ἐν ἔρνεσι. Barnesius recte ἔρνεσιν. Aldus δασέως etiam Tro. 761. Hel. 183. ψιλῶς Phoen. 199. 656. Iph. A. 116. Tro. 761. Bacch. 874. 1305. Cycl. 611. Hel. 183. Ion. 920. Idem ὦ φίλτατ' ἔρνη apud Sophoclem Oed. C. 1108.

1182. Tres Rom. Pseudogregorius v. 1230. δάφνης ut vulgo. Idem v. 1318. δρυὸς, quod usitatus esse monet Porsonus. Confert Euripidem Hec. 398. Ὅποῖα κισσὸς δρυὸς, ὅπως τῆσδ' ἔξομαι.

1184. ὁ μὲν γὰρ ἤθελ' ἐξαναστῆσαι γόνυ,] Tres Rom. γόνυ. Sed in A. supra scriptum γρ. δέμας. Quae scriptura e v. 1181. manavit.

1185. ἦδ' ἀντελάζειτ'.] Rom. A. C. ἦδ' ἀντελάζειτ'. Lasc. ἦ δ' ἀντελάζειτ'. Schol. Ἡ δ' ἀντελάζειτ'.) ἦ δ' ἀντελαμβάνετο, ὡς δὴ προσδοκῶσα ἀπαλλαγῆναι τοῦ κακοῦ. Mag. etiam ἀντελάζειτ', quod admisit Porsonus. Altera forma non nisi in imperativo apud Atticos exstare videtur. Euripides Or. 452. ἀλλ' ἀντιλάζου καὶ πόνων ἐν τῷ μέρει. Incertus apud Plutarchum de Ira Cohibenda p. 456. B. οὔτοι πρέπει τὸ σχῆμα. τοὺς αὐλοὺς μεθές, | καὶ θῶπλα λάζευ, καὶ γνάθους εὐσχημόνει. Nusquam, quod sciam, apud eos legitur λάζυσο. Observatu dignum est, λάζυσθαι nunc activam significationem habere, nunc eam quam vocant mediam. Noster supra v. 926. λάζυσθε φερνάς τάσδε, παῖδες, εἰς χέρας. Aristophanes Lys. 209. λάζυσθε πᾶσαι τῆς κύλικος, ὦ Λαμπιτοῖ. Apud Euripidem sensus est λάβετε, apud Aristophanem λάβεσθε.

1185, 6. εἰ δὲ πρὸς βίαν ἄγοι, | σάρκας γεραῖας ἐσπάρασ' ἀπ' ὀστέων.] Tres Rom. Lasc. Par. A. B. D. Mag. Put. Burn. ἐσπάρασ', quod admisit Musgravius. Edd. recentiores ante eum ἐσπάραξ', quod deterius est. Euripides Hec. 1164. παισὶ δ' ἀρκέσαι χρήζων ἐμοῖς, | εἰ μὲν πρόσωπον ἐξανισταίην ἐμὸν, | κόμης κατεῖχον· εἰ δὲ κινοίην χέρας, | πλήθει γυναικῶν οὐδὲν ἦνυτον τάλας. Hipp. 1226. κεί μὲν εἰς τὰ μαλθακὰ | γαίας ἔχων οἶακας ἰθύνοι δρόμον, | προυφαίνετ' εἰς τοῦμπροσθεν, ὥστ' ἀναστρέφειν, | ταῦρος φόβῳ τέτρωρον ἐκμαίνων δρόμον. | εἰ δ'





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





1191. καί μοι τὸ μὲν σὸν ἐκποδῶν ἔστω λόγου.] Buchananus, *De te quid opus oratione?* Portus, *Quare mihi tua quidem persona e medio recedat audito hoc sermone.* Heathius, *De salute autem meā interponam minime est necesse.* Musgravius, *Quare mihi tua quidem persona e tumultu recedat.* Quae interpretatio ut constet, pro λόγου conjicit κλόνου. Bothius, *Drum, ist das Leben dir noch lieb, fleuch die Gefahr | der Strafe.* Hoc est, *Quocirca, si vita tibi adhuc cara est, poenae periculum fuge.* Miror locum minime difficilem interpretes tantopere exercuisse. Sensus est, ni fallor, *de tuis quidem rebus parco dicere, consilium tibi dare supersedeo.* Euripides Hec. 1195. καί μοι τὸ μὲν σὸν ᾧδε φροιμίους ἔχει. | πρὸς τόνδε δ' εἶμι, καὶ λόγοις ἀμείψομαι.

1192. γνώση γὰρ αὐτὴ ζημίας ἀποστροφὴν.] Pseudogregorius v. 799. γνοίης. Schol. Γνώση γὰρ αὐτῆ.) γράφεται καὶ γλώσση, ἴν' ἧ, τῆ ἑαυτῆς γλώσση καὶ φλυαρία ὄψει ὅσον οὐδέπω τὴν καταληψομένην σε τιμωρίαν, εἰ μὴ συντόμως φύγης. Quomodo haec interpretatio cum recepta scriptura, etiam admisso γλώσση, concilianda sit, ignorare me fateor. Tradit Scholiastes, inquit Musgravius, *olim scriptum fuisse γλώσση, unde non absurde conjicias: λώστη γὰρ αὐτῆ ζημίας ἀποστροφή.* Vertit igitur, *Optimum enim hoc poenae effugium.* Ego malim cum vulgata scriptura, *Reperies enim ipsa poenae effugium.*

1193. τὰ θνητὰ δ' οὐ νῦν πρῶτον ἡγοῦμαι σκιάν.] Ita Jason v. 434. Οὐ νῦν κατεῖδον πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις, | τραχεῖαν ὀργὴν, ὡς ἀμήχανον κακόν.

1194, 5. οὐδ' ἂν τρέσας εἶπυμι, τοὺς σοφοὺς βροτῶν | δοκοῦντας εἶναι, καὶ μεριμνητὰς λόγων,] Schol. Τὰ θνητὰ δ' οὐ νῦν.) τοῦτο εἶπεν, ἐπεὶ τινὲς τῶν σοφῶν μεγάλα δύνασθαι τοὺς ἀνθρώπους παρέθεντο, καὶ λογισμῶ δευτέρους εἶναι θεῶν. Ὅμηρος μὲν γὰρ Ὀδυσσεά καλεῖ Διὶ μῆτιν ἀτάλαντον. Πίνδαρος δέ φησιν οὕτως (Nem. VI. 7.)· ἀλλὰ τί προσφέρομεν ἔμπαν φυὰν ἢ μέγαν νόον θνατοῖς; ἐγὼ οὖν, φησὶ, καὶ εἴτισιν ἔδοξε τῶν σοφῶν ἐπᾶραι τὸ ἀνθρώπινον γένος, οὐ παραιτήσομαι σκιὰν ἀποφαίνειν τὰ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους πράγματα.

1196. τούτους μεγίστην μωρίαν ὀφλισκάνειν.] Lasc. τούτοις. Deinde tres Rom. Lasc. Pseudogregorius v. 1012. ζημίαν ὀφλισκάνειν. Dixit Medea v. 567. ἐμοὶ γὰρ, ὅστις ἄδικος ᾶν, σοφὸς λέγειν | πέφυκε, πλείστην ζημίαν ὀφλισκάνει. Sed ei sententiae, quam nunc prae manibus habemus, convenientius est μωρίαν. Noster Alc. 1096. Αἰνῶ μὲν, αἰνῶ. μωρίαν δ' ὀφλισκάνεις. Iph. T. 487. ὡς δ' ἔξ ἐνός | κακῶ ξυνάπτει. μωρίαν τ' ὀφλισκάνει, | θνήσκει θ' ὁμοίως. Similiter ἀμαθίαν Hec. 327. Phoen. 770.

1197. θνητῶν γὰρ οὐδεὶς ἐστὶν εὐδαίμων ἀνήρ.] Rom. A. Lasc. οὐδεὶς ἐστὶν ut Aldus. Porsonus οὐδεὶς ἐστίν.

Ibid. Pseudogregorius v. 1013. ὄλβιος φύσει, unde Valckenaerius ad Hipp. 750. εὐδαίμων φύσει, quod admisit Brunckius. Quod ad φύσει attinet, inquit Porsonus, si quis codex praeberet, non illibenter admitterem; sed plura mutat Pseudo-Gregorius, quam ut ei soli tuto credamus. Imprudens tamen e Brunckiana



retinuit φύσει. In Addendis errorem suum ita agnoscit ad v. 1196. *In versu sequente notam meam cum textu pugnare video. Lector igitur pro arbitrio suo aut reponet ἀνὴρ, aut φύσει retinebit.* Matthiae φύσει retinuit. Ego vero ἀνὴρ revocavi, quod eodem modo παρέλκει in initio Euripideae Antigones: Ἦν Οἰδίπους τὸ πρῶτον εὐτυχῆς ἀνὴρ, | εἴτ' ἐγένετ' αὖθις ἀθλιώτατος βροτῶν. Εὐδαίμων autem ab omni parte beatum significat. Schol. Εὐδαίμων ἀνὴρ.) ἀδαίμονα (sic ed. Ven.) δὲ καλεῖ τὸν ἄχρι τέλους ἀπείρατον κακόν. Quo sensu noster Iph. A. 161. θνητῶν δ' ὄλβιος εἰς τέλος οὐδεὶς, | οὐδ' εὐδαίμων. | οὐπω γὰρ ἔφυσ τις ἄλυπος. Item Herc. 103. οἱ τ' εὐτυχοῦντες, διὰ τέλους οὐκ εὐτυχεῖς.

